Federico II informa il giustiziere d'Abruzzo Boemondo Pissonus *di aver dato mandato a Roberto* de Castellione *di adoprarsi affinché il castello di Cascia entri al più presto nel novero dei propri fedeli e gli ordina pertanto di consegnare immediatamente al suo messaggero 50 once d'oro, anche prendendole a prestito se necessario, nonostante l'ordine impartito precedentemente di versare tutto il denaro ai* collectores.

RF c. 73*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Februario apud Ortam*; in calce firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 349, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 758 s. **Trascr.**: Sthamer, pp. 684 s e 690 s (dove si ripete dattiloscritta la trascrizione manoscritta di p. 684 s). **Regg.**: Böhmer, n. 2823. **Facsimili**: Sybel-Sickel, *Kaiserurkunden*, VI, tav. 17a.

Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive e registra: *Laurentius de Brundusio*.

Al margine sinistro della registrazione, sotto all'annotazione relativa all'oggetto e al destinatario del mandato, nota di Lorenzo *de Brundusio* relativa al latore della lettera.

Sull'acquisto del castello di Cascia si veda reg. 249 nota 1.

§ B(oamundo) Pissono iustitiario Aprucii pro unciis L pro castro Cassie.

§ XVI°, de imperiali mandato facto per magistrum P(etrum) de Vinea scripsit Laurentius B(oamundo) Pissono iustitiario Aprucii. Quia pro facto castri Cassie adimplendo, de habendo eo videlicet

ad fidelitatem Imperii in instanti, sicut utilitas negotiorum nostrorum exposcit, Robberto de Castellione [fideli] nostro mandatum misimus speciale, nec decet aliquatenus, ut negotium ipsum, defectu aliquo causam dante, remaneat imperfectum, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus statim visis hiis litteris ad requisitionem dicti R(obberti) quinquaginta uncias auri ad generale pondus nuntio eius facias exhiberi, si de pecunia curie nostre habes ad manus, vel si eas mutuo invenire deberes; licet enim mandaverimus olim, ut omnis pecunia per collectores statutos ad certa loca deferri deberet, quia tamen negotium supradictum celeritatem desiderat nec patitur moram, volumus, ut ipsas uncias dicto R(obberto) transmittas; non enim poterit collectoris copia tam cito haberi pro recipienda pecunia supradicta.

§ Lator Petrus de civi[tate Teatina] nuntius domini Iacobi de Morra.

601-605 **1240 febbraio 16, presso Orte**

Federico II ordina al capitano Andrea de Cicala *(n. 601) di far sì che i giustizieri delle province poste sotto la sua giurisdizione vietino la vendita di cavalli da guerra agli stranieri e a coloro che intendono esportarli dal regno. Stessi ordini vengono impartiti ai giustizieri di Valle del Crati e Terra Giordana (n. 602), di Calabria (n. 603), della Sicilia orientale (n. 604) e di quella occidentale (n. 605), ai quali viene dato mandato direttamente di imporre analogo divieto agli abitanti dei propri distretti.*

RF c. 73*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Februario apud Ortam*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 349, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 759 s. **Trascr.**: Sthamer, pp. 685 s e 692 s (dove si ripete dattiloscritta la trascrizione manoscritta di p. 685 s). **Regg.**: Böhmer, n. 2824. **Facsimili**: Sybel-Sickel, *Kaiserurkunden*, VI, tav. 17a.

Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive e registra: *Laurentius de Brundusio*.

Al margine destro della prima registrazione, opposto a quello dove si trova la nota relativa all'oggetto e al destinatario della lettera, annotazione di mano più tarda: *Inhibitio quod non vend‹[e]nt[ur]› equi ad arm‹a›*.

Al margine sinistro della registrazione 601, sotto all'annotazione relativa all'oggetto e al destinatario, nota di Lorenzo *de Brundusio* relativa

al latore del mandato. Anche se la genericità della nota non consente di affermarlo con certezza, è molto probabile tuttavia che il notaio Simone fosse stato incaricato di recapitare l'intero gruppo di mandati, visto che si trattava di un corriere del giustiziere della Sicilia orientale e visto anche che in quella stessa occasione gli fu affidato un mandato che era stato scritto oltre un mese prima per un altro ufficiale della parte più meridionale del regno, il secreto di Palermo Oberto *Fallamonacha* (cfr. reg. 422 dell'11 gennaio 1240). Bisogna rilevare inoltre che dalla nota apposta in margine alla registrazione 422 si apprende che la consegna al notaio Simone di quella lettera (così come evidententemente delle altre) avvenne a Viterbo, mentre i mandati 601-605 recano come data topica *Apud Ortam*; è presumibile che la corte sia giunta a Viterbo in serata e che solo allora le missive gli siano state affidate. Si veda anche cosa scrive Heupel (*Schriftuntersuchungen*, p. 68 s) a questo proposito e riguardo ai tempi a volte molto lunghi che intercorrevano tra la redazione delle lettere e la loro consegna.

Per quanto riguarda le *similes* bisogna rilevare che, mentre nel mandato inviato al capitano Andrea *de Cicala* (n. 601) si parla del divieto che egli dovrà imporre a tutti i giustizieri della sua circoscrizione (*quatinus per omnes iusticiarios iurisdictionis tue sub certa et gravi pena districte ac firmiter facias generaliter omnibus inhiberi*), nelle successive, indirizzate invece ai giustizieri della parte meridionale del regno, la proibizione riguarda gli abitanti dei rispettivi distretti (*ut ... universis hominibus sue iurisdictionis inhibeat*). Tale modifica al dettato della prima lettera viene specificamente indicata nella prima della serie delle *similes* indirizzate appunto ai giustizieri.

601. *§ Andree de Cicala capitaneo citra portam Roseti pro non vendendis equis ad arma in regno.*

§ Item Andree de Cicala capitaneo citra portam Roseti. Plures nobiles et magnates nobis sepius supplicant, ut equos, quos emunt in regno, ipsos extra regnum extrahere permittamus, quod omnino nostre, sicut nosti, non residet voluntati. Cum igitur causam supplicationum huiusmodi, quibus interdum coacti, quodammodo per aliquorum instantiam inclinamur, precidi velimus, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus per omnes iusticiarios iurisdictionis tue sub certa et gravi pena districte ac firmiter facias generaliter omnibus inhiberi, ne aliquis extraneis et eis, qui debent eos extrahere, ac transeuntibus specialiter vendere aliquos equos ad arma presumat. Sic enim talibus precludetur materia supplicandi, ex quo non invenient ad emendum.

Lator notarius Symon nuntius G(uillelmi) de Anglon(e) iustitiarii citra flumen Salsum.

602. § Similes fecit Ptolomeo de Castellione iustitiario Vallis Gratis et Terre Iordane, ut ipse universis hominibus sue[a] iurisdictionis inhibeat in forma predicta.

[a] sue *nell'interlineo.*

603. § Similes Goffrido de Montefusculo iustitiario Calabrie.

604. § Similes G(uillelmo) de Anglon(e) iustitiario Sicilie citra flumen Salsum.

605. § Similes R(ogerio) de Amicis iustitiario Sicilie ultra flumen Salsum.

606 **1240 febbraio 16, presso Orte**

Avendo appreso da Bartolomeo de Tallacozo *che Andrea e Giovanni* de Pontibus *hanno fatto costruire una torre nel castello di Tagliacozzo malgrado il divieto imposto dalle Costituzioni, Federico II ordina al giustiziere d'Abruzzo Boemondo* Pissonus *di appurare quando e in quale punto del castello tale torre è stata innalzata e di inviargli quindi una relazione comprendente anche la descrizione del manufatto.*

RF c. 73*r* (R). Copia semplice del sec. XVI, BNNa, ms. Brancacciano III.D.8, c. 5*r* (Q). Al centro del margine superiore di c. 73 *r*: *Februario apud Ortam*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 349 s, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 760. **Trascr.**: Sthamer, pp. 686 s e 694 (dove si ripete dattiloscritta la trascrizione manoscritta di p. 686 s). **Regg.**: Böhmer, n. 2825. **Facsimili**: Sybel-Sickel, *Kaiserurkunden*, VI, tav. 17a.

Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive e registra: *Petrus de Capua*[1].

Al margine sinistro della registrazione, sotto alla nota relativa all'oggetto e al destinatario della lettera, annotazione incompleta: *Lator.*

Nella *prohibicio* alla quale accenna la lettera sembra di riconoscere un richiamo a Const. III, 32 (*De novis edificiis*, ed. Stürner, p. 400), anche se

forse non è da escludere un riferimento pure a Const. III, 33 (*De non erigendis edificiis in impedimento munitionum*, ed. Stürner, p. 400 s), là dove recita «in predictis locis ‹*ossia* in locis demanii nostri› turres amodo erigi per privatos expressius inhibemus».

Inquisitio commissa iustitiario Aprucii contra Andream et Io(hannem) de Pontibus.

§ Eodem die, de mandato facto per magistrum P(etrum) de Vinea scripsit P(etrus) de Capua ad B(oamundum) Pissonum iustitiarium Aprucii. Significavit excellencie nostre Bartholomeus de Tallacozo fidelis noster quod Andreas et Iohannes de Pontibus in castro Tallacoczi turrim construxerunt de novo, in quo numquam turris esse consuevit. Cum igitur hoc contra prohibicionem nostram factum videatur, volentes exinde plene scire certitudinem veritatis, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus per aliquem fidelem virum, de quo nulla suspictio haberi possit, inquiri facias super hoc diligencius veritatem, quo tempore silicet turris ipsa constructa sit, et in qua parte castri, et cuius etiam altitudinis et forme consistat. Et quicquid exinde inventum fuerit sub sigillo tuo ad curiam nostram mittas. Datum et cetera. | (c. 73*v*)

Lator.

607 **1240 febbraio 21, Viterbo**

Federico II ordina ad Alessandro di Enrico di provvedere, come finora ha fatto Tommaso de Brundusio*, ai compensi di tutti gli artigiani e i custodi che lavorano per la corte nei castelli di Melfi, Canosa e Lucera, nonché al necessario per lo svolgimento del loro lavoro, facendosi sempre rilasciare le ricevute di quanto corrisposto.*

RF c. 73*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Februario in Viterbio.*

Edd.: Carcani, p. 350, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 764. **Trascr.**: Sthamer, p. 695. **Regg.**: Böhmer, n. 2826.

Relatore: *Iohannes Morus*; scrive e registra: *Iacobus de Bantra.*

[Littere] ad Alexandrum filium [H]enrici pro dandis expensis magistris Sarracenis et [aliis] laborantibus in Melfia, Canusio et Luceria.

§ XXI eiusdem, de mandato imperiali facto per dominum Iohannem Morum scripsit Iacobus de Bantra Alexandro filio Henrici. Fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus magistris Sarracenis tarisiatoribus, tarpetariis, magistris facientibus arma[a], custodibus camelorum, custodibus unche et tabaccorum, custodi viver(ii) et ceteris magistris, qui tam de ferro quam de arcubus et aliis operibus laborant ad opus nostrum in Melfia, Canusio et Luceria, qui a T(homasio) de Brundusio expensas recipere consueverunt, secundum quod ab ipso recipiebant, easdem expensas et alia necessaria pro eisdem servitiis faciendis et custodiendis animalibus supradictis pro se, discipulis, scuteriis et equitaturis eorum, sicut per dictum T(homasium) soliti sunt recipere, debeas exhibere, ut iidem in predictis servitiis nostris faciendis defectu expensarum excusationem aliquam non pretendant; et de hiis, que dederis, ab ipsis recipias apodixam.

[a] *R* armis

608 — 1240 febbraio 21, Viterbo

Avendo appreso che il vescovo di Gaeta è in possesso di documenti di grande importanza per la corte e che è disposto a mostrarglieli, Federico II ordina al giustiziere di Terra di Lavoro Riccardo de Montenigro *di organizzare un incontro col suddetto presule in una zona compresa tra i confini del regno e il territorio di Terracina e di indurlo con le dovute cautele a farsi consegnare gli scritti che poi dovrà provvedere a inviare a corte.*

RF c. 73*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Februario in Viterbio.*

Edd.: Carcani, p. 350, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 764 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 696. **Regg.**: Böhmer, n. 2827.

Relatore: *Iohannes Morus*; scrive e registra: *Iacobus de Bantra.*

→ **608-609:** lettere per il giustiziere di Terra di Lavoro.

[Littere] ad R(iccardum) de Monte[nigro] iustitiarium Terre Laboris [de] recipiendis quibusdam [scrip]tis ab episcopo Gaie[t]ano.

§ Item scripsit idem R(iccardo) de Monte Nigro iustitiario Terre Laboris. Intellexit serenitas nostra quod episcopus Gaietanus habet quedam scripta, ex quibus, si haberemus ipsa, magnum curie nostre commodum eveniret, et cum idem velit ea nobis, sicut audivimus, exhibere, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus data sibi securitate veniendi ad te, loquaris cum eo inter confinia regni et territorium Terracene, ita quod ipse ad aliquam terram regni hac occasione nequeat pervenire, et querens ab eo de scriptis predictis inducas ipsum caute, quod illa tibi assignet; quibus ab eo receptis, ea sub sigillo tuo studeas ad nostram presentiam destinare.

609 **1240 febbraio 21, Viterbo**

In risposta al giustiziere di Terra di Lavoro Riccardo de Montenigro*, Federico II si congratula con lui per come ha proceduto nei confronti degli uomini delle contee del Molise e di Fondi per i quali è stata dimostrata l'accusa di infedeltà e, [1] ordinandogli di non prendere per il momento alcuna misura contro maestro Nicola* de Fundis*, suo fratello Riccardo e gli altri sospettati, poiché le informazioni raccolte e fattegli pervenire dallo stesso Riccardo non sembrano sufficienti a incriminarli, gli raccomanda comunque di vigilare e di agire per il meglio nel caso dovesse rendersi conto che tali individui possano in futuro in qualche modo arrecare danno alla Corona. [2] Gli ordina inoltre di soprassedere fino a nuovo ordine alla questione dei castelli di Isola e Pastena e [3] di provvedere tuttavia alla custodia delle fortezze che si trovano ai confini del regno e che attualmente sono in mano a persone sospette.*

RF c. 73*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Februario in Viterbio.*

Edd.: Carcani, p. 350, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 765 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 697 s. **Regg.**: Böhmer, n. 2828.

Relatore: *Iohannes Morus*; scrive e registra: *Iacobus de Bantra.*

→ **608-609**

Le note relative ai diversi argomenti trattati nella lettera sono poste al margine sinistro della carta.

Per quanto riguarda le indagini alle quali si fa riferimento in apertura, si veda anche la lettera del 27 dicembre 1239 (reg. 378), dove Federico II si era congratulato con lo stesso giustiziere per le misure adottate nei confronti degli uomini delle contee del Molise e di Fondi accusati di aver commesso gravi crimini nei propri confronti. A queste stesse indagini si accenna inoltre nella missiva del 6 febbraio 1240 indirizzata al capitano Andrea *de Cicala* (cfr. reg. 547 [1]).

[L]ittere responsales ad R(iccardum) de [Mo]ntenigro iustitiarium Terre Laboris.

§ Item scripsit idem ad eundem. Benigne recepimus licteras, quas tua nobis fidelitas destinavit, et earum tenorem intelleximus diligenter, studium et sollicitudinem tuam, quam in exequendis serviciis nostris tibi commissis et in cunctis aliis, que nostrum commodum respiciunt et honorem, incessanter te gerere novimus et habere, favorabiliter commendantes. Placet insuper nobis processus tuus habitus iuxta mandatum nostrum contra illos, quos inquisitio per te facta in comitatu Molisii et Fundano de crimine infidelitatis accusat. *[1] [De] magistro N(icolao) de Fundis, [Riccardo] fratre eius et aliis, qui [sunt] suspecti.* Super hiis autem, que significasti nobis de magistro N(icolao) de Fundis, R(iccardo) fratre eius et aliis, qui suspecti dicuntur, cum ex tenore licterarum tuarum plene probatum non viderimus contra eos, ad presens ultra non vidimus procedendum; tue providentie relinquentes, ut, si poterit ex ipsorum mora aliquod serviciis curie nostre periculum evenire aut pacifico statui regionis afferri, id exinde facias, quod ad honorem nostrum et commodum debeat redundare. *[2] [De castris] Insule et Pastine.* De castris vero Insule et Pastine nichil aliud ad presens, nisi quod factum est, inde fieri volentes, fidelitati tue mandamus, quatinus eidem negotio supersedeas nec ultra procedas, donec aliud mandatum a nostra recipies maiestate. *[3] [De] fortelliciis terrarum sus[pe]ctorum existentium circa fines [re]gni per partes illas.* Verumtamen volumus et precipimus fidelitati tue, quatinus, si fortellicie sunt in illis terris aut in aliis terris suspectorum nostrorum existentibus in regni confinio circa partes ipsas, eas diligenter facias ad honorem nostri culminis custodiri de terrarum proventibus earundem.

610 1240 febbraio 22, Viterbo

Federico II ordina a Riccardo de Polcara *di pagare a Gualtiero* de Cicala *i compensi per i tre mesi durante i quali la sua missione romana si è protratta oltre il previsto, dopo essersi però accertato che non abbia già provveduto a farlo Angelo* de Marra*, al quale era stato dato mandato di provvedere alla corresponsione dei compensi per due soli mesi, prevedendo che per recarsi nella città per due volte, intervallate da un viaggio in Terra di Lavoro, e per tornare infine a corte fosse sufficiente quel periodo di tempo.*

RF c. 73*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Februario in Viterbio*.

Edd.: Carcani, p. 350 s, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 766 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 699 s. **Regg.**: Böhmer, n. 2829.

Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive e registra: *Petrus de Capua*[2].

‹Ad R(iccardum)› de Polcara, [‹ut› d]et expensas pro tribus ‹mensibus› Gualterio de Cicala.

§ XXII ibidem, de imperiali mandato facto per magistrum P(etrum) de Vinea scripsit P(etrus) de Capua ad Riccardum de Polcara. Dudum Gualterio de Cicala fideli nostro quedam servitia culminis nostri in Urbe commisimus exequenda, mandantes ipsum ad Urbem procedere, in Terram Laboris redire, ire iterum apud Urbem et ad nostram presentiam se conferre, et expensas duorum mensium, infra quos videbatur servitia ipsa posse complere, per Angelum de Marra fidelem nostrum sibi precepimus elargiri. Nuper[a] sane insinuante predicto G(ualterio) nostra serenitas intellexit quod ultra illos duos menses aliis tribus mensibus oportuit eum in ipsis nostris servitiis commorari, pro quibus expensas aliquas non recepit. Quare fidelitati tue mandamus, quatinus, si constiterit tibi iam dictum G(ualterium) predictis tribus mensibus in ipsis nostris servitiis perstitisse nec recepisse per eos expensas ab Angelo supradicto, tu eidem de pecunia curie nostre, que est per manus tuas, pro dictis tribus mensibus des expensas, secundum quod dare idem Angelus de mandato nostri culminis consuevit; et recipias ab eo exinde apodixam. Datum et cetera. || (c. 74*r*)

[a] N- *corretta su altra lettera.*

611 **1240 febbraio 22, Viterbo**

Avendo appreso che in occasione della prima contesa sorta tra lui - Federico - e la Chiesa di Roma il prete Oddo insieme a Dodo e a Landolfo de Squintrone *si era schierato dalla parte di re Giovanni (che era stato inviato nel regno di Sicilia dal pontefice) e che tuttora tali individui capeggiano ciò che resta di quella fazione, Federico II ordina al giustiziere d'Abruzzo Boemondo* Pissonus *di svolgere indagini nei loro confronti e, nel caso in cui la loro colpevolezza venisse accertata, di espellerli dal regno e confiscarne tutti i beni.*

RF c. 74*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Februario in Viterbio*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 351, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 767. **Trascr.**: Sthamer, p. 701. **Regg.**: Böhmer, n. 2830.

Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive e registra: *Petrus de Capua*[1].

Sotto alla nota marginale s'intravedono appena alcuni tratti di un'altra parola, forse *lic[.....].*

Il periodo *preterite discordie inter nos et Ecclesiam* al quale Federico II accenna qui (e al quale si fa riferimento anche in altre due missive, rispettivamente del 14 novembre 1239 e dell'8 febbraio 1240, cfr. regg. 160 e 556) corrisponde agli anni 1227-1230, quando, a causa del fallimento della crociata, Gregorio IX aveva lanciato contro di lui la prima scomunica (29 settembre 1227); il re Giovanni, *qui contra nos per Ecclesiam missus erat in regnum*, è Giovanni di Brienne, re di Gerusalemme. Su tutta la vicenda si veda Kantorowicz, *Federico II*, pp. 159-200. Ad altri ribelli, fautori della fazione antimperiale nella stessa occasione, si fa riferimento nel citato mandato 556 dell'8 febbraio.

Littere ad iustitiarium Aprucii contra presbiterum Oddonem, Dodum et Landulfum de Squintrone.

§ XXII° eiusdem ibidem, de mandato imperiali facto per magistrum P(etrum) de Vinea scripsit P(etrus) de Capua ad B(oamundum) Pissonum iustitiarium Aprucii. Intellexit serenitas nostra quod presbiter Oddo, Dodo et Landulfus de Squintrone tempore preterite discordie inter nos et Ecclesiam contra honorem nostrum infideliter se gesserunt, adherendo regi Io(hanni), qui contra nos per Ecclesiam missus erat in regnum, et adhuc etiam reliquias

detinent preterite factionis. Quod cum nostre maiestati iure displiceat, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus inquisita super hoc diligencius veritate, si tibi constiterit ita esse, eos protinus de regno expelli facias, bonis eorum omnibus ad opus nostre curie publicatis. Datum et cetera.

612 **1240 febbraio 22, Viterbo**

Federico II risponde a Guglielmo de Sancto Fraymundo *e gli ordina di consegnare al* recollector pecunie *Stefano* de Romoaldo *tutto il denaro del fisco che ancora ha presso di sé, facendosi rilasciare la relativa ricevuta.*

RF c. 74*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Februario in Viterbio*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 351, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 767 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 702. **Regg.**: Böhmer, n. 2831.

Relatore: *Taddeus de Suessa*; scrive e registra: *Iacobus de Bantra*.

→ **612-613:** disposizioni per la consegna a Stefano *de Romoaldo* dei fondi fiscali rimasti presso Guglielmo *de Sancto Fraymundo.*

Littere [resp]onsales ad G(uillelmum) de Sancto Fraymundo de assignanda quadam quantitate pecunie, quam habet, Stephano de [Ro]moaldo recollectori pecunie.

§ De mandato imperiali facto per iudicem T(addeum) de Suessa scripsit Iacobus de Bantra G(uillelmo) de Sancto Fraymundo. Benigne recepimus litteras tuas et earum tenorem intelleximus diligenter. Super eo, quod significasti nobis, te habere quandam quantitatem pecunie de pecunia curie nostre et velle ipsam assignare cui placet nobis et mandaremus nostris litteris assignandam, volumus et mandamus fidelitati tue, ut totam quantitatem predictam S(tephano) de Romoaldo recollectori pecunie curie nostre ipsarum partium debeas assignare; recipiens ab eo exinde apodixam.

613 **1240 febbraio 22, Viterbo**

Mandato diretto a Stefano de Romoaldo *affinché prenda in consegna il suddetto denaro.*

RF c. 74*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Februario in Viterbio*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 351, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 768. **Trascr.**: Sthamer, p. 702. **Regg.**: Böhmer, n. 2831.

Relatore: *Taddeus de Suessa*; scrive e registra: *Iacobus de Bantra*.

→ **612-613**

§ Scriptum est per eundem supradicto Stephano de Romoaldo recollectori, quod supradictam quantitatem recipiat ab eodem ad opus curie.

614 **1240 febbraio 22, Viterbo**

Avendo appreso che il valletto Diopoldo de Frouburch*, che aveva inviato a Pozzuoli per curarsi, si trova nell'impossibilità di tornare a corte poiché né Angelo* de Marra *(al quale era stato inviato apposito mandato di pagamento) né lui, Riccardo, che nel frattempo gli è subentrato, gli hanno pagato le spese stanziate per il soggiorno e per il suo viaggio di ritorno, Federico II ordina a Riccardo* de Polcara *di provvedere al pagamento, dopo aver comunque accertato la fondatezza delle affermazioni del valletto.*

RF c. 74*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Februario in Viterbio*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 351, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 768 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 703 s. **Regg.**: Böhmer, n. 2832.

Relatore: *Rogerius de Petrasturmina*; scrive e registra: *Laurentius de Brundusio*.

Nello spazio in origine lasciato in bianco dopo questa registrazione furono poi aggiunti due falsi, per i quali si veda l'introduzione, p. XXI.

Riccardo de Polcara pro Diupuldo de Frouburch.

§ XXII°, de imperiali mandato facto per magistrum Rogerium de Petrasturmula scripsit Laurentius Riccardo de Polcara. Mandas-

se dudum recolimus Angelo de Marra, ut Diupuldo de Frouburch vallecto et fideli nostro venienti ad balnea Puteolana pro curatione infirmitatis, qua tunc temporis gravabatur, donec ibidem et etiam apud Salernum moraretur occasione predicta et in redeundo ad presenciam nostram daret expensas pro se, duobus scuteriis et tribus equis. Nuper autem ex eius insinuatione percepimus quod, ex quo Angelus de Marra predictus ab officio est amotus, expensas, prout mandavimus, non recepit et, cum ad presenciam nostram venire intendat, expensas nichilominus habere non potest, ea occasione dumtaxat quod, dicto Angelo amoto ab officio tibi commisso, tu eidem vallecto exinde non respondes sine mandato nostri culminis speciali. Quare mandamus, quatinus, si tibi constiterit de premissis, que nuper per eum nostre celsitudini nuntiantur, tu eidem Diupuldo iuxta predicti mandati nostri tenorem pro eo tempore, quo morans pro sua curatione, ut dictum est, non recepit expensas ab Angelo memorato, et pro veniendo ad nos expensas debeas exhibere, si eas videlicet ab eodem Angelo non recepit. | (c. 74*v*)

615 **1240 febbraio 27, Viterbo**

In risposta al giustiziere della Sicilia orientale Guglielmo de Anglone*, Federico II si compiace con lui per come ha eseguito i suoi precedenti ordini convocando venti feudatari della sua provincia e provvedendo a far sì che altri quaranta si armino per mettersi al proprio servizio; per aver degnamente accolto i pellegrini che sono approdati in Sicilia e vi si sono fermati per svernare e per aver nondimeno preso in consegna le loro armi, fattegli poi restituire da Filippo* de Zunculo*, e averli adeguatamente distribuiti su tutto il territorio; per aver inviato a corte, come gli era stato richiesto, i risultati dell'indagine svolta nei confronti di Giordano* Tallacozus*, Guglielmo* Tallacoce*, Giovanni* de Martino Russo *e Riccardo Farina* de Calatagerono *e per aver altresì provveduto a recuperare alcune delle botteghe di Guglielmo* Tallacoce *che sono risultate di spettanza del demanio; per aver fatto consegnare a Giovanni* de Cioffo *ed al notaio Giovanni una copia dei registri e delle scritture di Matteo* Marclafaba*, necessaria per ricavarne i nomi degli ufficiali del defunto*

secreto, e per aver inoltre fatto pervenire a corte, come gli era stato ordinato di fare, la lista dei funzionari a cui lui stesso, Guglielmo, aveva affidato degli incarichi; per l'impegno con cui sta provvedendo a incamerare i beni sia degli abitanti della sua provincia che ancora si trattengono presso la curia Romana nonostante il divieto imperiale sia degli ecclesiastici che non sono originari del regno e non vi dimorano; infine per la diligenza con la quale si occupa della custodia delle riserve e dei casini di caccia che si trovano nel suo distretto. Gli dà poi istruzioni sulle varie questioni in merito alle quali è stato da questi interpellato. In primo luogo gli ordina [1] di attenersi al disposto delle Costituzioni imperiali nei riguardi di quei facinorosi acclarati che fanno istanza di appello e [2] di non consentire più allo stratigoto di Messina di rifiutare le istanze di appello nelle cause criminali; [3] acconsente alle richieste di coloro che, sebbene non originari del regno, vi dimorano da lungo tempo pagando tasse e imposte come gli altri regnicoli e che, già una volta sposati con una donna del luogo e ora rimasti vedovi, chiedono l'autorizzazione a prendere moglie una seconda volta; la stessa possibilità viene concessa a quanti vivono nel regno da oltre un decennio e che non sono mai stati sposati, purché si tratti, sia nell'uno che nell'altro caso, di uomini di sicura fedeltà; gli comunica [4] che i notai e gli avvocati di cui c'è bisogno nella sua provincia saranno scelti direttamente dalla corte e [5] che le spese che sostiene per i corrieri verranno computate nel suo rendiconto; gli ordina [6] di accordare ai contadini di Catania, che vivono ad Augusta, il permesso di recarsi ogni anno da Augusta a Catania il tempo necessario per prendersi cura delle proprie case e della coltivazione dei propri vigneti, purché tale licenza sia concessa loro con moderazione e purché essi lascino sempre la loro famiglia ad Augusta e vi facciano ritorno non appena conclusi i loro affari, [7] e di costringere tutti gli abitanti di Centuripe (Centorbi) e Capizzi che troverà nella sua giurisdizione a trasferirsi a Palermo, come gli è stato imposto; gli comunica [8] di aver dato precise disposizioni al secreto e al giustiziere della Sicilia occidentale affinché consentano agli abitanti del suo distretto che posseggono case dall'altra parte del fiume Salso di portarvi victualia *e tutto ciò di cui hanno bisogno; gli ordina [9] di vietare ai crociati che si trovano nella regione l'acquisto di cavalcature da portare in Terrasanta, [10] di rilasciare i cinque scudieri*

del defunto Matteo Marclafaba *che sono stati catturati al momento della sua morte, poiché non vi sono sospetti nei loro confronti, [11] di affidare a uno o due medici e chirurghi notoriamente esperti e di provata fede (i cui nomi dovranno peraltro essergli comunicati) il compito di esaminare quanti chiedono di esercitare tali arti e di inviare quindi a corte coloro che avranno superato l'esame, provvisti di lettere testimoniali, [12] e, infine, di consegnare al collettore Giacomo* de Santis *tutti i fondi fiscali di cui attualmente dispone, compreso il denaro che non ha potuto consegnare a Enrico* Abbas *(che era stato mandato appositamente in Sicilia per raccogliere il denaro da portare a corte), poiché i corrieri che gli aveva inviato a Messina con il denaro non lo hanno trovato.*

RF cc. 74*v*-75*r* (R). Al centro del margine superiore di entrambe le carte: § *Februario in Viterbio*; a c. 75*r* sotto alla nota cronologica, presso il margine sinistro della registrazione: *Sequitur de litteris iustitiario Sicilie* e, in calce, firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 352 s, da cui Huillard-Bréholles, V, pp. 770-774. **Trascr.**: Sthamer, pp. 706-713. **Regg.**: Böhmer, n. 2836.

Relatore: *Taddeus de Suessa*; scrive e registra: *Gualterius de Cusentia.*

→ **615-619:** disposizioni riguardanti l'amministrazione della Sicilia. Le cinque lettere sono tutte correlate tra loro: il fulcro è rappresentato dalla lettera di risposta indirizzata a Guglielmo *de Anglone* (n. 615) con la quale Federico II impartì istruzioni e ordini in merito alle diverse questioni che gli erano state evidentemente poste nella missiva inviata a corte dal giustiziere; i mandati diretti al secreto di Palermo (n. 616) e a Ruggero *de Amicis* (n. 617), da un lato, e quello per lo stratigoto di Messina (n. 618), dall'altro, si riallacciano direttamente ai punti 8 e 2 della prima lettera, dove per altro viene già annunciata la loro spedizione. La quinta missiva (n. 619) non è correlata alle prime per gli argomenti trattati, tuttavia, essendo una ulteriore lettera di risposta diretta allo stesso giustiziere Guglielmo ed essendo anch'essa stata scritta lo stesso giorno e dallo stesso notaio su relazione di Taddeo *de Suessa*, è evidentemente connessa con le altre per le modalità di emissione e di trasmissione.

Le note relative ai diversi argomenti trattati nella lettera sono poste al margine sinistro di carta 74*v* e a quello destro di carta 75*r*.

Sul significato del termine *victualia* si veda la registrazione 29.

§ XXVII, de imperiali mandato facto per magistrum Taddeum de Suessa scripsit G(ualterius) de Cusentia Guillelmo de Anglon(e) iustitiario Sicilie citra flumen Salsum responsales. Litteras et capitula tua, que tam per notarium Symonem quam pridem per Buchifal(cum) nuntios tuos nostro culmini destinasti, et cetera. Quod autem tua capitula continebant, te ad mandatum nostrum exinde tibi missum iurisditionis tue feodotarios inquisivisse et invenisse ibidem XX[ti] milites in armorum et equorum apparatu congruo et ex reliquis feodotariis alios XL milites in armis et equis facere preparari decenter ordinatos, quod pro viribus feodorum suorum alterutrum fieri debeat subventio inter eos, et quod peregrinos dudum in partes Sicilie applicantes, qui propter instantis tempus yemis transfretare non potuerunt, propter quod in partibus iurisditionis tue yemant, ob reverenciam maiestatis nostre honorifice recepisti et ipsos honorasti ac incessanter honoras, ac quod ipsorum arma de voluntate eorum ad manus curie nostre usque ad tempus passagii eorum recipi feceras conservanda, faciens eosdem per terras ipsarum partium dividi moraturos, ut simul in eodem loco non essent, postmodum tamen per Philippum de Zunculo predicta arma eis restituta fuerunt, et quod iuxta mandatum nostrum missum tibi inquisitionem contra Iordanum Tallacozum, Guillelmum Tallacocem, Iohannem de Martino Russo et Riccardum Farinam de Calatagerono fecisti, ipsam ad curiam nostram mittens, et quasdam de apothecis[a] ipsius Guillelmi inventas per eandem inquisitionem ad curiam nostram spectare ad manus nostre curie recepisti, nec non et quod de quaternionibus et scriptis quondam M(athei) Marclaf(aba)[b] secreti copiam ad mandatum nostrum[1] fecisti Iohanni de Cioffo et notario Iohanni de Lentino fidelibus nostris pro significandis nobis nominibus officialium eiusdem quondam secreti, sicut eis mandavimus[2], et quod tu etiam misisti, sicut tibi mandavimus[3], nomina officialium, quibus aliquid de nostris servitiis commisisti, nec non quod ad mandatum nostrum[4] bona eorum, qui oriundi de partibus iurisdicionis tue in Romana curia morari contra nostrum beneplacitum presumpserunt, et prebendas etiam clericorum, qui de regno non sunt et extra regnum morantur, diligenter inquiris et studes ad manus nostre curie revocare, et quod defensas et loca solaciorum et venacionum nostrarum iurisdicionis tue facis cum omni diligentia custodire: gratum est nobis et in premissis omnibus tuam diligen-

tiam et studium commendamus. *[1] [De] facinorosis, qui [a]ppellant.* Super facinorosis autem, de quorum, ut scripsisti, maleficiis liquet, qui quandoque, ut penas, quas merentur, eludant, in vocem appellationis prorumpunt, super quo nostrum beneplacitum postulasti, an talibus sit appellationibus deferendum: tenorem sacrarum constitutionum nostrarum observari mandamus. *[2] De stratigoto Messane.* Quod autem stratigotus Messane, sicut scripsisti, nulli appellationi in criminali iudicio interposite defert, asserens hoc esse de consuetudine Messane optenta, cum talis consuetudo iuri videatur penitus adversari, mandamus, ut hoc de cetero fieri non permittas; et ecce quod eidem stratigoto scribimus super hoc[5]. *[3] [De] ext[eris], qui petunt [ux]ores.* De exteris autem, qui non sunt oriundi de regno set in regno longo tempore morati fuerunt ut civ[es] conferendo cum aliis fidelibus nostris in datiis et collectis, qui mortuis primis uxoribus alias ducere volunt, et de aliis etiam, qui, licet uxores non[d]um in regno habuerunt, morati tamen in regno per decennium et ultra habentur ut cives conferendo similiter in nostris datiis et collectis et nunc licentiam petunt uxores ducendi: placet nobis et volumus, ut tales ducere permittas uxores, dummodo bone conversationis eos esse repperias nec ipsos alicuius infidelitatis nota invenias maculatos; cavens, ne sub hoc pretextu alicui alii extero per te predicta licentia tribuatur, cum hoc honori nostro specialiter sit i(n)f(es)tu(m)[c]. *[4] [De notariis] publicis [et] ad[vo-c]atis.* Notarios vero publicos et advocatos, quorum defectum in partibus iurisdicionis tue esse scripsisti, per nostram tantum curiam volumus ordinari. *[5] De ex[pensis] nunciorum.* Quod autem significasti te frequenter oportere mittere nuncios speciales per partes iurisdicionis tue et alias etiam pro necessariis serviciis nostris, quibus te expedit, expensas prebere et nostrum super hoc requisivit mandatum: placet nobis, ut nunciis, quos necessario te mittere oportet pro necessariis serviciis nostris, expensas tribuas de pecunia curie nostre moderatas et iustas, quas volumus in tuis rationibus computari. *[6] De antopis Cat[hanie]*[d]. De antopis[6] Cathanie, qui morantur || (c. 75*r*) Auguste, qui, dum habe[nt], ut scripsisti, domos et vineas in Cathania, petunt licentiam eundi Cathaniam pro preparandis domibus et suis vineis excolendis: placet nobis et volumus, ut in certo et competenti[e] tempore anno quolibet, cum necessarium esse videris, tribuas eis licentiam conferendi se Cathaniam propter hoc

moderatam, ita tamen ut familias suas continue habeant in Augusta et ipsi etiam habitationem Auguste non deserant, set ibidem post peracta servicia revertantur. *[7] De hominibus quondam [Cen]turbii [et Capitii].* De hominibus quondam Centurbii et Capitii, qui inveniuntur per partes iurisditionis tue morari, cum generaliter a nostra fuerit maiestate mandatum, ut omnes se Panormum ad habitandum conferrent, mandamus, ut, ubicumque aliquem ex eis per iurisditionem tuam inveneris, cogas, ut se cum familia sua ad habitandum conferat in Panormum. *[8] De hominibus citra flu[men] Salsum.* Quod autem significasti homines iurisdicionis tue citra flumen Salsum in partibus ultra flumen Salsum a secreto et iustitiario impediri super deferendis in domos suas victualibus et aliis rebus eorum de partibus illis, si quas[f] eos ibi habere contingit, occasione quod citra flumen morantur, super quo predicti fideles nostri gravantur non modice: ecce quod predictis iustitiario et secreto mandamus[7], ut hoc occasione predicta ultra non faciant, cum una sit regio, licet officialium diversorum ratione divisa. *[9] [De] peregrinis*[g]. De militibus peregrinis, qui sunt in partibus ipsis et licentiam petunt emendi equos et mulos ducendos in partes ultramarinas, nolumus quod emere huiusmodi equitaturas permittas eosdem, cum pro imminentibus negotiis nostris velimus omnes partes regni nostri huiusmodi animalibus non carere. *[10] De scuteriis Mathei Marclaf(aba).* De quinque scuteriis quondam Mathei Marclaf(aba) secreti, qui tempore mortis eius capti fuerunt, eo quod dare tunc fideiussores non potuerunt, cum tales non fuerint, quod dare possent eosdem, nec quod aliqua suspitio haberi valeat de eisdem, volumus et mandamus, ut eos facias liberari et abire permittas. *[11] De cirorgicis.* De medicis vero cirorgicis in ipsis partibus statuendis mandamus, ut unum aut duos ex eis fidedignos, et quos peritiores esse cognoveris, debeas ordinare, qui ceteros alios officium ipsum exercere volentes examinare debeant diligenter iuxta constitutionum nostrarum tenorem[8]; examinati vero et approbati per eos cum litteris testimonialibus eorundem veniant vel mittantur[h] ad curiam nostram et ibi officium ipsum recipient exercendum. Tu vero nomina eorum, quos ad hoc statueris, curie nostre debeas den[untiare][i]. *[12] De pecunia ‹curie›.* Quod autem significasti te dudum, veniente Herrico Abbate fideli nostro ad partes Sicilie pro recipienda pecunia curie nostre et ad nos deferenda[9], misisse ad eum in

Messana quandam pecunie quantitatem, quam eodem Herrico non invento ad te nuncii retulerunt, de qua et de alia etiam, que pervenit ad manus tuas, quid facere debeas nostrum beneplacitum postulasti: mandamus tibi, ut tam predictam pecuniam quam omnem aliam curie nostre, quam habes, iud[ici] Iacobo de Santis statuto in ipsis partibus super colligenda pecunia curie nostre debeas assignare, recepturus ab eo de hiis, que sibi assignaveris, apodixam. Datum.

[a] *R* apothis *con tratto abbreviativo che taglia l'asta della* -h- [b] *il passo* q(u)ond(am) M(athei) Marcl(a)f(aba) *sottolineato in un secondo tempo con un tratto di penna continuo.* [c] *compendio di dubbio scioglimento e lettura costituito da una* i *con trattino abbreviativo per nasale, seguita da una* s *o* f *tagliata trasversalmente e da* tu *con tratto abbreviativo per nasale: C HB* infensum*; St* infestum *(con qualche dubbio); He* insertum [d] *La nota si trova a margine di c. 75*r [e] et compete(n)ti *nell'interlineo.* [f] *R* q(u)a; *cfr. reg. 616 dove scrive correttamente* quas [g] *C* de militibus peregrinis*; St* de peregrinis*; He aggiunge nuovamente* [militibus] *ma dopo la parola* peregrinis*, l'integrazione però non si ritiene probabile visto che non sembra esservi traccia di scrittura né di lacune.* [h] *R* mitta(n)t [i] denuntiare *in C HB St; He in dubbio tra* den[untiare] *e* den[otare]

[1] Cfr. reg. 93.

[2] Cfr. reg. 93.

[3] Cfr. reg. 94.

[4] Cfr. reg. 53.

[5] Cfr. reg. 618.

[6] il termine latino *antopus* (di derivazione greca) era usato in Italia meridionale nel significato di *villanus* (cfr. Falkenhausen *L'incidenza della conquista normanna*, pp. 239 s e 244).

[7] Cfr. regg. 616 e 617.

[8] Const. III, 45 (*De prohibendis medicis mederi sine testimonialibus litteris magistrorum*, ed. Stürner, pp. 412 s), in realtà, prevedeva che chi volesse esercitare l'arte medica dovesse preventivamente sottoporsi ad esame presso la scuola medica di Salerno, dopodiché, superata la prova, avrebbe dovuto presentarsi a corte munito di *litterae testimoniales* per ricevere la licenza.

[9] Cfr. regg. 370-371.

616-617 — 1240 febbraio 27, Viterbo

Federico II ordina al secreto di Palermo (n. 616) e al giustiziere della Sicilia occidentale (n. 617) di non molestare gli abitanti della Sicilia orientale che, possedendo terre e case nella loro provincia, trasportano victualia *e beni di vario tipo dall'una all'altra parte del fiume Salso.*

RF c. 75*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Februario in Viterbio*; sotto alla nota cronologica, presso il margine sinistro della registrazione: *Sequitur de litteris iustitiario Sicilie* (riferito alla registrazione 615) e, in calce, la firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 353 s, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 774. **Trascr.**: Sthamer, p. 714 s. **Regg.**: Böhmer, n. 2837.

Relatore: *Taddeus de Suessa*; scrive e registra: *Gualterius de Cusentia*.

→ 615-619

Sul significato del termine *victualia* si veda la registrazione 29.

616. *Ad secretum Panormi.*

§ Item scripsit secreto Panormi. Pro parte hominum Sicilie habitantium citra flumen Salsum nostrorum fidelium culm[ini] nostro fuit expositum cum querela quod, cum contingat aliquos eorum seminare et habere alia bona sua in partibus ultra flu[men Salsum], cum victualia et huiusmodi res eorum volunt per terram in domos suas adducere, eas deferre, sicut asserunt, non permittis, tamquam si, pro eo quod sunt de iurisditione divisa, essent alterius regionis. Cum igitur predicti mediatio fluminis officialium sit tantum, non provincie discretiva, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus, si est ita, predictos homines fideles nostros, occasione dumtaxat quod citra flumen Salsum in iurisdicione non tua morantur, super deferendis victualibus et rebus eorum de partibus iurisdicionis tue, quas eos ibi habere contingit, non debeas molestare, sicut nec homines iurisdicionis tue in delacione simili rerum suarum, quas habent in partibus citra flumen Salsum, volumus molestari.

617. *Ad Roggerium de Amicis.*

§ Similes scripsit Roggerio de Amicis iustitiario Sicilie ultra flumen Salsum. | (c. 75*v*)

618 — 1240 febbraio 27, Viterbo

Federico II ordina allo stratigoto di Messina di accogliere le istanze di appello non solo nelle cause civili ma anche in quelle penali e di attenersi al dettato delle costituzioni.

RF cc. 75*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Februario in Viterbio.*

Edd.: Carcani, p. 354, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 775. **Trascr.**: Sthamer, p. 716 s. **Regg.**: Böhmer, n. 2838.

Relatore: *Taddeus de Suessa*; scrive e registra: *Gualterius de Cusentia.*

→ **615-619**

[Ad] stratigotum Messane pro [a]ppellationibus.

XXVII. De superiore mandato facto per magistrum Taddeum scripsit idem G(ualterius) de Cusentia stratigoto Messane. Significante nobis Guillelmo de Anglon(e) iustitiario in Sicilia citra flumen Salsum fideli nostro nostra serenitas intellexit quod, si quando coram te appellatio interponitur in iudicio criminali, tu alicui appellationi non defers, asserens hoc de optenta esse consuetudine civitatis Messane. Cum igitur talis consuetudo iuri penitus adversetur, et tam iniustum quam impium censeatur, ut, qui in civili iudicio a quolibet modico ad appellandum admittitur, in criminali, quod penas atrociores infligit, vocem non habeat appellandi, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus, si premissa veritate nituntur, appellationibus, que in criminalibus coram te interponentur de iure, deferre debeas, tenorem sacrarum constitutionum nostrarum in hiis sicut in aliis omnibus negotiis observando. Datum.

619 **1240 febbraio 27, Viterbo**

In risposta al giustiziere della Sicilia orientale Guglielmo de Anglone*, Federico II [1] acconsente alla sua richiesta di scegliere un giudice che lo assista nel suo ufficio e [2] si compiace per come ha eseguito l'ordine che gli era stato impartito, assegnando al valletto Nicola* de Trano *le cavalcature provenienti dalle proprietà del defunto secreto Matteo* Marclafaba *per condurle a corte.*

RF c. 75*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Februario in Viterbio.*

Edd.: Carcani, p. 354, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 775 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 718. **Regg.**: Böhmer, n. 2839.

Relatore: *Taddeus de Suessa*; scrive e registra: *Gualterius de Cusentia.*

→ **615-619**

Le note relative ai diversi argomenti trattati nella lettera sono poste al margine destro della carta.

Ad Guillelmum de [A]nglone iustitiarium Sicilie [citra] flumen Salsum responsales.

§ Item scripsit Guillelmo de Anglon(e) iustitiario in Sicilia. Capitula, que nostro culmini et cetera. *[1] De iudice habendo.* De habendo autem iudice tecum, qui tibi pro nostris serviciis in officio iudicatus assistat, de quo nostro requisivisti mandatum: volumus, ut tu tibi aliquem eligas, qui fidelis noster sit et quem tibi pro nostris serviciis magis videri[s] oportunum, et eum tecum pro nostris serviciis debeas retinere. *[2] [De equitaturis] quondam Mathei Marclaf(aba) secreti.* Quod autem significasti te ad mandatum nostrum, quod tibi dudum misimus, equitaturas, que fuerunt quondam Mathei Marclaf(aba) secreti, Nicolao de Trano marestalle nostre vallecto et fideli nostro assignasse ducendas ad curiam nostram, gratum ducimus et tuam inde diligentiam commendamus. Datum.

620 **1240 febbraio 29, Viterbo**

Federico II ordina a Rinaldo de Aquaviva*, che è stato eletto capitano di Viterbo, di scegliersi dieci cavalieri che lo supportino nella sua azione di governo o, altrimenti, di rivolgersi al giustiziere d'Abruzzo Boemondo* Pissonus *che glieli assegnerà scegliendoli tra quelli abruzzesi.*

RF c. 75*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Februario in Viterbio.*

Edd.: Carcani, p. 354, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 779. **Trascr.**: Sthamer, p. 719. **Regg.**: Böhmer, n. 2840.

Relatore: *Taddeus de Suessa*; scrive e registra: *Petrus de Capua*[1].

→ **620-621:** disposizione per la formazione del seguito di cavalieri di Rinaldo *de Aquaviva.*

Sui cavalieri che Rinaldo *de Aquaviva* portò con sé dall'Abruzzo (sua terra d'origine) si veda Kantorowicz, *Federico II*, p. 521; più in generale sulla presenza nelle città italiane al tempo di Federico II di personale politico proveniente dal regno di Sicilia: *Ivi*, pp. 486 ss e 521 e Guyotjeannin, *I podestà imperiali*.

[Lit]tere ad Raynaldum de [A]quaviva, ut veniat.

§ Ultimo februarii, de mandato imperiali facto per magistrum T(addeum) scripsit P(etrus) de Capua ad R(aynaldum) de Aquaviva. Cum te capitaneum Viterbii et adiacentium parcium statuendum duxerimus, de tua prudencia et legalitate confisi, et velimus quod decem milites bonos, probos et fideles, qui convenientes et ydonei sint, ad regimina terrarum ipsarum parcium tecum ducas, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus, si tu ex te milites ipsos invenire poteris habiles, ut est dictum, tecum ducas eosdem; alioquin ecce damus B(oamundo) Pissono iustitiario Aprucii fideli nostro per nostras litteras[1] in mandatis, ut ad requisicionem tuam decem militibus bonis et fidelibus Aprutinis iniungat, quod[a] ad te venire debeant. Tu vero in omnem eventum ad presenciam nostram festinus accedas. Datum et cetera.

[a] *R* q(ui)

[1] Reg. 621.

621 — 1240 febbraio 29, Viterbo

Federico II ordina al giustiziere d'Abruzzo Boemondo Pissonus *di inviare a Viterbo dieci cavalieri per Rinaldo* de Aquaviva.

RF c. 75*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Februario in Viterbio.*

Edd.: Carcani, p. 354, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 779 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 720. **Regg.**: Böhmer, n. 2841.

Relatore: *Taddeus de Suessa*; scrive e registra: *Petrus de Capua*[1].

→ 620-621

[Ad] B(oamundum) Pissonum pro [decem] militibus Aprutinis [mitten]dis ad ipsum R(aynaldum).

Item de eodem mandato scripsit idem ad B(oamundum) Pissonum iustitiarium Aprucii. Cum mandaverimus Raynaldo de Aquaviva[1] fideli nostro, ut ad presenciam nostram festinanter accedat et ducat secum decem milites ipsarum parcium, qui fideles et providi censeantur, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus ad requi-

sicionem ipsius eligas per iustitiarium tuum decem milites providos, fideles et utiles ad regimina civitatum, de quibus plene confidere nos possimus, et eos ad partes Viterbii mittere debeas ad presenciam nostram sine aliqua tarditate. Datum et cetera. || (c. 76*r*)

[1] Cfr. reg. 620.

622 **1240 febbraio 29, Viterbo**

Federico II risponde all'ammiraglio Nicolino Spinola e si compiace con lui perché ha provveduto a far riparare e armare le navi della Corona che gli erano giunte; gli dà poi istruzioni sulle varie questioni in merito alle quali egli lo ha interpellato. [1] In primo luogo approva la sua idea di vendere per 300 once d'oro la nave che, a detta dell'ammiraglio stesso, è ormai troppo malandata, e gli ordina di acquistarne un'altra con il ricavato della vendita; [2] concorda con il suo suggerimento di riadattare e ridimensionare un'altra nave che, vista la mole eccessiva, non sembra adatta alla navigazione; [3] acconsente alla costruzione di darsene in Messina purché queste vengano edificate presso il palazzo imperiale o in altro luogo adatto, ordinandogli di comunicare a corte la sua scelta prima di dare inizio ai lavori; gli ordina [4] di completare le darsene di Nicotera, a condizione che il luogo deputato alla loro costruzione sia effettivamente sicuro dalle aggressioni, [5] e di regolarsi come più gli sembrerà opportuno riguardo alla pece e al ferro che dovranno essergli consegnati dai doganieri; [6] in merito alla carovana di mercanti genovesi, gli dà mandato di procedere secondo gli ordini che gli ha fatto pervenire per iscritto e in base alle istruzioni che gli farà trasmettere verbalmente dal notaio Tommaso, suo messaggero; [7] riguardo alla sua proposta di diffidare la Slavonia per via delle azioni piratesche dei suoi abitanti, gli ordina di intimare prima a Ragusa, a Spalato, alla Dalmazia, a Zara e alle altre zone adiacenti alla Slavonia di non molestare più le popolazioni del regno; [8] lo informa di aver dato disposizioni al secreto di Messina affinché non ci siano più ostacoli alla corresponsione del denaro necessario per svolgere il suo incarico; gli ordina [9] di scegliere due uomini di acclarata fedeltà che possano assumere l'ufficio di protontini di Messina e di comunicargliene i nomi, scartando però quelli dei quali

gli ha scritto, e, infine, [10] di presentarsi al suo cospetto per discutere verbalmente gli altri argomenti in merito ai quali gli ha chiesto istruzioni.

RF c. 76*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Februario in Viterbio*; in calce firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 354 s, da cui Huillard-Bréholles, V, pp. 780-782. **Trascr.**: Sthamer, pp. 721-725. **Regg.**: Böhmer, n. 2842. **Cfr.** Böhmer, n. 1589.

Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive e registra: *Petrus de Capua*[2].

→ **622-626:** istruzioni e mandati diretti all'ammiraglio Nicolino Spinola (nn. 622 e 623) ai portolani e ai doganieri del regno (nn. 624 e 626), nonché al secreto di Messina (n. 625). Oltre a essere state scritte e registrate da Pietro *de Capua*[2] a seguito dello stesso mandato trasmesso da Pietro *de Vinea*, le cinque lettere sono correlate anche in merito al contenuto. Fulcro dell'intero gruppo è rappresentato dalle due missive dirette all'ammiraglio Nicolino Spinola (nn. 622 e 623); a esse, o meglio ad alcuni degli argomenti che in esse vengono trattati, si riallacciano infatti sia le *litterae patentes* per i portolani (n. 624, in relazione con la n. 623), sia il mandato per il secreto di Messina (n. 625, in relazione con i punti 1 e 8 della n. 622) sia infine le *litterae patentes* per i doganieri del regno (n. 626 correlata al quinto punto della n. 622).

Al margine destro della registrazione, opposta alla nota di cancelleria relativa all'oggetto e al destinatario, s'intravede a malapena un'annotazione di mano dello stesso Pietro *de Capua*[2], non segnalata da Sthamer ma aggiunta da Heupel in fondo a p. 725 del suo dattiloscritto. La nota non è sufficientemente leggibile da consentirne la comprensione e considerarla registrazione a se stante; secondo Heupel (*Schriftuntersuchungen*, p. 69 s), tuttavia, è probabile che essa sia stata aggiunta per segnalare che il 21 maggio fu necessario provvedere a una nuova redazione e spedizione della lettera poiché la precedente non era giunta a destinazione.

Le note relative ai diversi argomenti trattati nella lettera sono poste al margine sinistro della carta.

L'ordine di presentarsi a corte fu reiterato il 19 marzo successivo, cfr. reg. 790.

§ Responsales ad Nicolinum Spinulam ammiratum.

§ Ultimo februarii XIII^{e} indictionis apud Viterbium, de imperiali mandato facto per magistrum P(etrum) de Vinea scripsit P(etrus) de Capua ad Nicolinum Spinulam regni Sicilie ammiratum.

Benigne recepimus litteras tuas et nuntium, quem ad nostram presentiam destinasti, et tam ea, que littere continebant, quam que idem nuntius tuus coram nobis proposuit viva voce, capitula etiam, que misisti, audivimus et intelleximus diligenter; ad que tibi taliter respondemus, de navibus curie nostre, quas receptas reparari et muniri fecisti, tuum studium commendantes. *[1] § De navi consumpta vendenda et alia emenda.* De navi siquidem, quam consumptam scripsisti, que potest vendi pro trecentis unciis auri, volumus et mandamus, ut vendas et des eam, si plus haberi non poterit, pro pretio supradicto, ita tamen, quod ea vendita et pretio ipso recepto tantum recepte pro ea pecunie superaddas, ut navem aliam loco eiusdem vendite facias comperari, cum velimus quod numerus decem navium semper pro nostris servitiis habeatur. Damus enim secreto Messane nostris litteris[1] in mandatis, ut ad requisitionem et ordinationem tuam pecuniam superaddendam pro predicta navi emenda debeat elargiri. *[2] § De minuenda alia navi, que superfluo magna erat.* De navi alia, que pre sui magnitudine inepta est ad navigandum, placet nobis quod eam minui facias, ut scripsisti, et ad talem f[or]mam reduci, qua sit ad navigandum habilis et parata. *[3] § De tarsinabus faciendis in Messana.* De tarsinabus faciendis in Messana scias nostre voluntatis existere quod iuxta palatium nostrum fiant, si videris, quod in loco ipso comode[a] possint esse. Quod si ibi esse non possunt, eligas aliquem alium locum ydoneum, ubi comode[b] fieri valeant, set non illum, quem tua capitula continebant; et locum ipsum, quem elegeris, priusquam ibi quicquam edificetur, nobis per tuas litteras nuntiabis. *[4] § De tarsinabus Nicot[ere][c].* De tarsinabus autem Nicot[ere] volumus et mandamus, ut, si in tali loco sunt, quo sint ab aggressione secure, eas, ubi incepte sunt, sicut [tu e]xpedire videris, facias percompleri. *[5] § De pice et ferro emend[o et] pretio, quo emuntur vel ‹venduntur›.* Super eo, quod scripsisti de pice et ferro recipiendis a doaneriis nostris pro servitiis nostris tibi commissis et pretio, quo emuntur vel quo venduntur, mandamus, ut inde facias cum consilio doaneriorum nostrorum quod utilitati curie nostre melius videris expedire[2]. *[6] § De carabana navium [Ianuensium].* De eo, quod misisti de carabana navium Ianuensium, facias, prout tibi dedimus aliis nostris litteris[3] in mandatis et prout notarius Thomasius nuntius tuus fidelis noster tibi oretenus ex parte

culminis nostri dicet. *[7] § De diff[idanda Sclav]onia.* Ad hec insuper, que misisti de diffidanda Sclavonia pro piratis[4], sic volumus et iubemus, ut tu primum Ragusiam, Spalatum, Dalmatiam, Iaderam et alias adiacentes regiones Sclavonie per litteras tuas requirere debeas et mandare, quod, si voluerint sufficienti prestita cautione se taliter obligare, quod homines regni nostri in personis et rebus a Sclavis piraticam exercentibus nullatenus offendantur, et quod de dampnis illatis in personis et rebus conserventur indempnes, concedetur eis conversatio solita regni nostri; quod si facere noluerint, eos in personis et rebus debeas diffidare. *[8] § [De coherc]endis officialibus s[ecreti] pro danda pecunia.* De cohercendis insuper officialibus, qui sunt sub secreto Messane, cohertione districta per ipsum, ut pecuniam tibi pro nostris servitiis oportunam ad requisitionem tuam deb(e)a(n)t[d] exhibere, ad quam usque nunc tribuendam eos desides descripsisti, predicto secreto speciales culminis nostri litteras destinamus[5]. *[9] § De prothontinis faciendis in Messana.* Ad ea ceterum, que misisti de prothontinis faciendis in Messana, mandamus tibi, quatinus duos fideles nostros de genere fidelium ortos et ad exercendum officium ipsum sufficientes ac dignos, alios tamen quam eos, de quibus celsitudini nostre scripsisti, perquirere studeas diligenter et illos, quos quesiveris, nobis per litteras tuas significare procures. *[10]* Super aliis vero capitulis, que predictus nuntius tuus fidelis noster coram nostra proposuit celsitudine diligenter, quia tecum deliberare disponimus, mandamus fidelitati tue, quatinus pro hiis et aliis ad presentiam nostram studeas te conferre. Datum et cetera.

§ XXI mad[ii ...][e] | obt[...][f] | littere omnes pro f[.....]|tati [...][g] | pro eo, quod [....]tius [....] | deder[...][h].

[a] *Così R.* [b] *Così R.* [c] *Sia qui che alla successiva occorrenza la parola è poco leggibile: C* Nicor.*; HB corregge (in base al senso)* Nicotere; *St legge* Nicotin *e scioglie* Nicotinis *sia sulla sua copia di Carcani che sul dattiloscritto, dove poi però corregge in* Nicotere*; He interviene nuovamente sul dattiloscritto segnando a margine* Nicotin(e) *e* Nicotin(is) [d] *R* debat *con un unico tratto abbreviativo che taglia l'asta della* -b- [e] *Illeggibile per uno spazio di circa 10 lettere.* [f] *Illeggibile per uno spazio di circa 12 lettere.* [g] *Illeggibile per uno spazio di circa 12 lettere.* [h] *Illeggibile per uno spazio di circa 9 lettere. La nota, disposta su 6 righe, è molto sbiadita: C St omettono; He* XXI mad[ii ......] / obt[entum] de pap[....]/lieni omnes pro f[acto ..]/tati [............] / pro eo quod [nuntius ....] / deder[............]

[1] Reg. 625 [1].

[2] Analoghi ordini furono inviati agli stessi doganieri, cfr. reg. 626.
[3] Reg. 459 [5].
[4] Cfr. anche reg. 459 [7].
[5] Reg. 625 [2].

623 — 1240 febbraio 29, Viterbo

In risposta all'ammiraglio Nicolino Spinola, Federico II si compiace con lui per come sta provvedendo a raccogliere nei vari porti del regno le cinquantamile salme di victualia *da vendere a Tunisi al prezzo di 50.000 once e gli ordina di vietare l'esportazione di frumento in tutta la Sicilia fintanto che le navi da inviare a Tunisi non saranno state caricate.*

RF c. 76*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Februario in Viterbio*; in calce firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 355 s, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 782. **Trascr.**: Sthamer, p. 726 s. **Regg.**: Böhmer, n. 2843. **Cfr.** Böhmer, n. 1589.

Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive e registra: *Petrus de Capua*[2].

→ 622-626

Al margine sinistro della registrazione, sotto alla nota relativa all'oggetto e al destinatario della lettera, annotazione di mano più tarda: *Venditio vittualium Tunisii*. Al margine destro, di altra mano tarda: *No(ta)*.

Sul significato del termine *victualia* si veda la registrazione 29.

§ Responsales ad eundem ammiratum super facto victualium.

§ Eodem die ibidem, de eodem mandato scripsit idem ad eundem. Litteris tuis super facto victualium [ex]cellentie nostre missis solita benignitate receptis et intellecta diligenter continentia earundem, studium tuum et sollicitudinem, quam circa utilitatem curie nostre geris, attentius commendamus. De vendendis siquidem quinquaginta milibus salmarum victualium pro quinquaginta milibus unciarum, deferendis in navibus nostris apud Tunisum, quas onerari facies, in quibuscumque portubus melius et utilius pro nostra curia reputabis, gratum ducimus et culmini nostro placet. Fidelitati tue mandamus, quatinus per totam Siciliam generaliter studeas prohibere, ne[a] alicui liceat frumentum extrahere, quousque

naves curie nostre fuerint onerate. Nos etiam super hoc prohibendo patentes nostras litteras destinamus[1]. Datum et cetera.

[a] n *corretta su* l

[1] Reg. 624; si veda anche reg. 639 [2].

624 — 1240 febbraio 29, Viterbo

Lettera patente con la quale Federico II ordina a tutti i portolani della Sicilia di vietare l'esportazione di victualia *fintanto che non saranno state caricate le navi che l'ammiraglio Nicolino Spinola ha avuto ordine di inviare a Tunisi.*

RF c. 76*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Februario in Viterbio*; in calce firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 356, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 782. **Trascr.**: Sthamer, p. 728. **Regg.**: Böhmer, n. 2844. **Cfr.** Böhmer, n. 1589.

Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive e registra: *Petrus de Capua*[2].

→ **622-626**

Sul significato del termine *victualia* si veda la registrazione 29.

§ Littere patentes ad portulanos, ne permittant extrahi victualia de Sicilia, quousque naves curie onerentur.

§ Eodem die ibidem, de eodem mandato scripsit idem. FR(edericus) et cetera. Universis portulanis per Siciliam constitutis et cetera. Cum Nicolino Spinule regni Sicilie ammirato fideli nostro, dederimus nostris litteris[1] in mandatis, ut quinquaginta milia salmarum victualium apud Tunisum in navibus nostris deferri faciat et onerari eas, in quibuscumque portubus melius et utilius pro nostra curia reputabit, fidelitati vestre precipiendo mandamus, quatinus de Sicilia aliqua victualia nullatenus extrahi permittatis, quousque naves nostre fuerint onerate victualium quantitate predicta. | (c. 76*v*)

[1] Reg. 623.

625 **1240 febbraio 29, Viterbo**

Avendo ordinato all'ammiraglio Nicolino Spinola di vendere per 300 once una vecchia nave e di acquistarne un'altra con il denaro ricavatodalla vendita, Federico II [1] ordina al secreto di Messina di assegnare allo stesso ammiraglio il rimanente della somma necessaria all'acquisto; [2] gli dà inoltre mandato di imporre ai suoi sottoposti di corrispondere al suddetto ammiraglio il denaro di cui necessita per svolgere gli incarichi che gli vengono affidati.

RF c. 76*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Februario in Viterbio.*

Edd.: Carcani, p. 356, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 783. **Trascr.**: Sthamer, p. 729 s. **Regg.**: Böhmer, n. 2845. **Cfr.** Böhmer, n. 1589.

Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive e registra: *Petrus de Capua*[2].

→ **622-626**

Le note relative ai diversi argomenti trattati nella lettera sono poste al margine sinistro della carta.

‹Ad secret›um Messane.

§ Item ultimo februarii XIIIe indictionis apud Viterbium. De eodem mandato scripsit idem P(etrus) de Capua ad Maiorem de Plancatone de Baro secreto Messane. *[1] [...] pecuniam*[a] *ammira‹to› pro navi emenda.* Cum mandaverimus Nicolino Spinule[1] regni Sicilie ammirato fideli nostro, ut navem quandam curie nostre consumptam vendat pro unciis auri trecentis vel pro maiori pretio, si valebit, et tantum superaddat unciis ipsis, quod aliam navem emat, ut numerus decem navium semper pro nostris servitiis habeatur, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus pecuniam superaddendam pro emenda navi predicta de pecunia curie nostre, que est per manus tuas, ammirato prefato ad requisitionem et ordinationem suam debeas exhibere. *[2] [De c]ohercendis officialibus, qui [sub] eo sunt, ut dent opor[tunam] pecuniam ammirato.* Preterea, cum, sicut idem ammiratus scripsit nobis[2], officiales, qui sub te sunt, in exhibenda sibi pecunia pro servitiis nostris, dum requiritur ab eisdem, sunt desides et remissi, propter quod eadem servitia nostra, prout decet, nequeunt expediri, mandamus et precipimus fidelitati tue,

quatinus officiales eosdem districta cohercione compellas quod eidem ammirato pecuniam pro nostris servitiis oportunam ad requisitionem et ordinationem suam debeant exhibere. Datum et cetera.

[a] *C* De danda pecunia*; St* [De danda] pecunia*; He corregge e integra* [Ut det] pecuniam

[1] Cfr. reg. 622[1].
[2] Cfr. reg. 622 [8].

626 — 1240 febbraio 29, Viterbo

Lettera patente con la quale Federico II dà mandato a tutti i doganieri del regno di attenersi agli ordini dell'ammiraglio Nicolino Spinola in merito alla pece e al ferro che essi sono tenuti a consegnargli.

RF c. 76*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Februario in Viterbio.*

Edd.: Carcani, p. 356, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 783. **Trascr.**: Sthamer, p. 731. **Regg.**: Böhmer, n. 2846. **Cfr.** Böhmer, n. 1589.

Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive e registra: *Petrus de Capua*[2].

→ 622-626

[Li]ttere patentes ad universos [doane]rios regni de pice [et fe]rro dandis ammirato [pretio], quo emuntur vel quo venduntur.

§ Eodem die ibidem, de eodem mandato scripsit idem. FR(edericus) et cetera. Universis doaneriis per regnum Sicilie constitutis. Cum Nicolino Spinule regni Sicilie ammirato fideli nostro dederimus nostris litteris in mandatis[1], ut de pice et ferro recipiendis a vobis pro servitiis nostris sibi commissis eo precio, quo emuntur vel quo venduntur, faciat cum consilio vestro quod utilitati curie nostre melius viderit expedire, fidelitati vestre mandamus, quatinus id, quod idem ammiratus cum consilio vestro pro utilitate curie nostre de predictis ordinandum duxerit, faciatis. Datum.

[1] Reg. 622 [5].

627 **1240 febbraio 29, Viterbo**

Federico II ordina al castellano di Calanna, Marino, che si è rifiutato di consegnare la fortezza di Reggio a Goffredo Fimeth *di Lentini poiché nel mandato che gli era stato inviato non compariva il proprio nome, di eseguire immediatamente l'ordine.*

RF c. 76*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Februario in Viterbio.*

Edd.: Carcani, p. 356, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 783 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 732 s. **Regg.**: Böhmer, n. 2847.

Relatore: *Taddeus de Suessa*; scrive: *Gualterius de Cusentia*; registra: *Iohannes de Ydronto.*

→ **627-628:** disposizioni per l'assegnazione della fortezza di Reggio.

Si noti che nella lettera si allude alla circostanza che il castellano di Calanna non aveva eseguito l'ordine di assegnare il castello di Reggio al nuovo custode adducendo a sua discolpa il fatto che nel mandato inviatogli dalla cancelleria non compariva il proprio nome. La cosa, della quale Federico II si meraviglia (*de quo nostra serenitas ammiratur*), ha effettivamente riscontro nel gruppo di registrazioni con le quali si apre il registro, dove sono riportati in forma molto sintetica (quasi di semplice notizia) sedici mandati emessi nei primi giorni di ottobre e legati al programma di riforme riguardante proprio la custodia dei castelli attuata nell'autunno 1239 (cfr. nn. 1-16 e 17-21). Le registrazioni relative al castello di Reggio si trovano ai nn. 8 e 9, sotto il titolo *In castro Regii Goffridus Fimeth comestabulus Lentini*. Ma mentre nella seconda (n. 9) si dice che il mandato fu indirizzato a Goffredo *Fimeth* (il nuovo castellano appunto) affinché prendesse in consegna la fortezza e la custodisse diligentemente, nella prima (n. 8), relativa al mandato emesso affinché il castello gli venisse trasmesso, non compare il nome di Marino, bensì si dice soltanto che il destinatario era il castellano di Reggio: *scriptum est castellano Regii de assignando castro Regii custodiendo Goffrido Fimeth comestabulo Lentini.*

Ad Marinum, ut assignet castrum Regii [G]offrido Fimeth.

§ Eodem die ibidem, de mandato imperiali facto per[a] magistrum Thadeum scripsit Gualterius de Cusentia Marino castellano Calanne. Significavit culmini nostro Goffridus Fimeth de Lentino fidelis noster quod, cum dudum mandaverimus tibi per litteras nostras[1], ut castrum nostrum Regii, quod eiusdem custodie commi-

simus de sua fidelitate confisi, cum omnibus rebus ipsius eidem assignare deberes custodiendum ad honorem celsitudinis nostre, tu hoc facere non curasti occasione inventa quod nomen tuum in litteris nostris non erat contentum, de quo nostra serenitas ammiratur. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus receptis hiis litteris predictum castrum Regii cum omnibus rebus eiusdem predicto Goffrido de Fimeth fideli nostro debeas assignare iuxta priorum nostrarum continentiam litterarum; cavens, ne aliter facias, sicut de gratia nostra confidis et speras.

[a] *Il passo* imp(er)iali - p(er) *nell'interlineo.*

[1] Cfr. reg. 8.

628 **1240 febbraio 29, Viterbo**

Federico II risponde a Goffredo Fimeth *di Lentini e gli invia il mandato diretto al castellano di Calanna, Marino, affinché gli assegni la fortezza di Reggio.*

RF c. 76*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Februario in Viterbio.*

Edd.: Carcani, p. 356 s, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 784. **Trascr.**: Sthamer, p. 733. **Regg.**: Böhmer, n. 2848.

Relatore: *Taddeus de Suessa*; scrive: *Gualterius de Cusentia*; registra: *Iohannes de Ydronto.*

→ 627-628

Goffrido Fimeth, quod capiat.

§ Item de eodem mandato scripsit idem Goffrido Fimeth de Lentino. Benigne recepimus litteras, quas nostro culmini destinasti, et eas intelleximus diligenter, diligentiam tuam, quam habes in nostris beneplacitis, commendantes. De castro autem Regii, quod tue custodie commisimus de tua fidelitate confisi et, sicut scripsisti, Marinus castellanus eiusdem tibi, sicut sibi mandavimus, noluit assignare, ecce quod sibi districte mandamus[1], ut ipsum receptis litteris cum omnibus rebus eiusdem debeat assignare. Tu autem eo recepto iuxta priorum nostrarum continentiam litterarum[2] ipsum

ad honorem et fidelitatem nostram studeas custodire, ut tuam in hoc diligentiam commendemus[a]. || (c. 77*r*)

[a] *La restante parte della carta è stata lasciata in bianco per lo spazio di circa 10 righe.*

[1] Reg. 627.
[2] Reg. 9.

629 **1240 febbraio 29, Viterbo**

In risposta al giustiziere di Terra d'Otranto Andrea de Aquaviva*, Federico II [1] lo approva per aver addobbato diciotto nuovi cavalieri visto che, a seguito del proprio ordine di convocare i feudatari della sua provincia entro le festività natalizie, aveva constatato che diciassette di essi erano già impegnati al servizio della corte (quattro in Terrasanta e tredici in Lombardia), che a uno era stata affidata la custodia della fortezza di Sora e che nessuno degli altri era in grado in breve tempo di equipaggiarsi adeguatamente per mettersi al suo servizio; concorda altresì con la sua iniziativa di imporre agli altri feudatari della provincia di fornire ai novelli cavalieri il sussidio per il loro equipaggiamento (in modo che ognuno di essi abbia almeno quattro cavalli) e gli ordina di inviargli l'elenco con i nominativi e l'equipaggiamento di ognuno dei diciotto cavalieri; gli dà mandato [2] di procedere alla confisca dei beni ecclesiastici e patrimoniali, non solo degli ecclesiastici, ma anche dei laici che risiedono ancora presso la curia pontificia nonostante il divieto imperiale, [3] di restituire i beni sequestrati sia al chierico romano Emanuele Frangipane, il quale si trova a Roma per volere imperiale, sia agli altri che, sebbene non regnicoli, vivono nei territori del regno, visto che questi non sono contemplati nelle sue disposizioni di esproprio, a meno che non intervengano ragioni particolari che lo inducano ad agire altrimenti; [4] lo informa di aver ricevuto la lista degli ufficiali ai quali ha affidato incarichi e gli comunica la sua decisione di estendere il divieto di svolgere mansioni nella terra d'origine, non solo per le massime cariche, ma anche per gli uffici di minore importanza, ordinandogli inoltre di non assegnare compiti a quanti in passato, sotto il suo predecessore, sono stati impiegati nell'esazione della colletta poiché, come gli è stato riferito, alcuni di loro ne hanno approfittato per*

favorire i propri interessi; [5] lo loda per come ha svolto le indagini nei confronti dei petegarii *che si sono impossessati del denaro pubblico e gli ordina di provvedere al recupero delle somme illecitamente sottratte e alla cattura dei colpevoli, avendo cura poi di fargliene pervenire l'elenco; [6] lo approva per la sollecitudine con la quale si occupa del popolamento della città di Augusta, ordinandogli nel contempo di fare altrettanto anche per quanto riguarda* Petrolla*, cosicché vi si trasferiscano tutti coloro ai quali è stato ordinato di insediarvisi e non si verifichi più quanto è accaduto a causa dell'incuria del suo predecessore, e di inviargli il resoconto dell'indagine svolta dietro proprio ordine su quei fatti; [7] si compiace con lui nell'apprendere che ha consegnato al notaio Giovanni* de Palmerio *e al giudice Maggiore* de Iuvenatio *il denaro da trasmettere a corte; [8] gli comunica infine di aver ordinato al giustiziere di Basilicata, che gli ha chiesto l'invio di un cavaliere come prestazione di servizio per le sue terre feudali, di tener conto del fatto che egli svolge già alcune mansioni per la curia e di regolarsi quindi nei suoi confronti nello stesso modo in cui si comporta con quanti, come lui, sono già impiegati al servizio dell'imperatore.*

RF c. 77*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Februario in Viterbio*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 357 s, da cui Huillard-Bréholles, V, pp. 784-787. **Trascr.**: Sthamer, pp. 734-738. **Regg.**: Böhmer, n. 2849.

Relatore: *Taddeus de Suessa*; scrive e registra: *Laurentius de Brundusio*.

→ **629-630:** oltre a essere state entrambe scritte da Lorenzo su relazione di Taddeo *de Suessa*, le due lettere sono correlate anche in merito al contenuto: il nesso infatti è costituito dall'ottavo punto della prima missiva, dove Federico II, nel rassicurare Andrea *de Aquaviva* circa le richieste di prestazioni feudali avanzate nei suoi confronti da Tommaso di Osmondo, gli annuncia già la spedizione del mandato diretto a quest'ultimo. Non è da escludere fra l'altro che le due lettere siano state spedite insieme ad Andrea *de Aquaviva*, il quale avrebbe poi provveduto a esibire al giustiziere di Basilicata il mandato di cui era beneficiario; in tal caso la frase «ecce quod eidem iustitiario scribimus», che si legge nella lettera diretta ad Andrea, più che preannunciare la spedizione del secondo mandato lo avrebbe accompagnato.

Le note relative ai diversi argomenti trattati nella lettera sono poste al margine sinistro della carta.

Responsales Andree de Aquaviva iustitiario Terre Idronti.

§ Ultimo, de imperiali mandato facto per magistrum Taddeum scripsit Laurentius Andree de Aquaviva iustitiario Terre Idronti. Litteras et cetera. *[1] § De militibus XVIII.* Quod autem, sicut significas, recepto mandato nostro, ut omnes feudotarios iurisditionis tue diligenter inquireres et singulis eorundem sub pena feudorum et in optentu gratie nostre preciperes, ut iuxta quantitatem[a] pro suorum viribus feudorum decenter pararent se armis et equis, finali eis termino usque ad festum Natalis Domini constituto, nobisque rescriberes quos in apparatu decenti et congruo invenires, et non paratos faceres preparari ad nostra servitia processuros, tu singulis iurisditionis tue feudotariis hoc mandasti, sicut[b] superius continetur, et non invento feudotario aliquo in apparatu decenti, facta tandem inquisitione ac invento quod quatuor ex eis sunt in nostro servitio ultra mare, tredecim venerant in Lombardiam, unus etiam est castellanus in castro Sorelle, quia maior pars et fere tota reliquorum erat adeo immunita, quod tam cito non poterat preparari, decem et octo milites ordinasti, qui et ab aliis feuda tenentibus subsidium pro apparatu debent recipere, ita quod ad minus habeat quilibet quatuor equos: celsitudini nostre placet et volumus, ut milites preparatos in scriptis habeas, quod statim, cum oportuerit, possint haberi; et eorum nomina cum cuiuslibet apparatu sub sigillo tuo ad curiam nostram mittas. *[2] De clericis et laicis Rome morantibus.* De clericis et laicis, quos inquirere te mandavimus[1], si post datum tunc ab excellentia nostra mandatum in curia pape morati fuerunt nec in regnum ad propria redierunt, ac eorum bonis tam ecclesiasticis quam patrimonialibus ad opus nostre curie capiendis, volumus, ut de laicis, quia nullam de ipsis fecisti in tuis litteris mentionem, mandatum nostre celsitudinis exequaris. *[3] De Emanuele Frasapane.* De clericis vero, quorum nomina in cedula tuis litteris interclusa recepimus, tibi mandamus, ut Emanueli Frasapane[c] clerico civi Romano, qui de licentia nostra Rome moratur, beneficia sua hac ei occasione per te ablata cum perceptis exinde fructibus restituas, et aliis, qui de regno non sunt, si in regno morantur, similiter ablata restituas, cum de illis predicte littere nostre non faciant mencionem[2], nisi aliqua iusta ratio te movisset. *[4] De officialibus preteritis.* Recepimus preterea nomina officia-

lium, quibus aliquid de nostris officiis commisisti; et quia nolumus quod aliqui in terris maxime, unde sunt oriundi, perpetuare seu continuare officia minima videantur, cum hoc etiam in maximis officiis duxerimus precidendum, fidelitati tue mandamus, quatinus officiales aliquos, quocumque nomine nuncupentur, qui tempore retroacto sub predecessore tuo iustitiario fuerant in collectis colligendis vel imponendis aut aliis, propter que inferantur fidelibus nostris gravamina nec non impediatur curie nostre comodum[d], non admittas; quidam enim, sicut audimus, gravare alios, se et suos alleviare penitus iam in consuetudinem converterunt. *[5] De pecunia et petegariis capiendis.* Quod autem facta inquisitione ad querimoniam populi tibi commissi, de mandato etiam familiarum nostrorum invenisti non modicam pecunie quantitatem per eos, qui petegarii dicuntur, extractam ultra debitam quantitatem et suis privatis [usi]-bus applicatam, laudamus plurimum diligentiam et fidem tuam, mandantes, ut pecuniam illam, si nondum recepisti ab eis, statim recipias et tales petegarios capias in personis et omnibus bonis suis et facias custodiri; nomen cuiuslibet nobis per tuas litteras rescripturus. *[6] De habitatione Cesaree Auguste et Petrolle.* Quod in habitatione civitatis nostre Cesaree Auguste omnem sollicitudinem adhibes, gratum gerimus et acceptum; mandantes quod de habitanda Petrolla[3] similiter sis intentus, ut ad incolatum eius vadant omnes, qui ad eundum illuc dudum fuerant ordinati; habens illam cautelam et studium, ut de illis, qui ad habitationem Petrolle iverint, non contingat ulterius, quod per incuriam tui predecessoris iam dicitur contigisse. Volumus etiam, ut inquisitionem, quam super hiis te facere mandavimus[4] et tu facis, ut asseris, factam ad cameram nostram mittas. *[7] De pecunia curie missa.* De pecunia, quam magistro Io(hanni) de Palmerio notario nostro et iudici Maiori de Iuvenatio te significas assignasse deferendam ad nos, tuum studium commendamus[5]. *[8] De servitio terre sue.* Quod autem iustitiarius Basilicate a te militem unum exigit in presenti pro servitio terre tue, ecce quod eidem iustitiario scribimus[6], ut, quia in servitiis nostris es, eo modo et tempore servitium a te propter hoc exigat, quo exigit ab aliis, qui in servitio nostro morantur, facta super terre tue facultatibus extimatione decenti, ut servitiorum nostrorum occasione nichil tibi onerosius sentias irrogatum, quam aliis, qui eadem tecum conditione tenentur. Ceterum et cetera.

[a] *Segue* et *dilavata.* [b] sic(ut) *nell'interlineo.* [c] *Il nome* Emanueli Frasapane *sottolineato in un secondo tempo con un tratto di penna continuo.* [d] *Così R.*

[1] Cfr. regg. 52-62 del 10 ottobre 1239, e in particolare la lettera registrata al n. 62 diretta ad Andrea *de Aquaviva.*

[2] Nel mandato di confisca del 10 ottobre, infatti, sono contemplati i beni di proprietà degli ecclesiastici stranieri dimoranti fuori del regno e non quelli degli stranieri residenti.

[3] Attuale Villanova in provincia di Brindisi; cfr. in proposito Bresc, *La «mala signoria»*, p. 591.

[4] Cfr. reg. 51 del 9 ottobre 1239; si veda anche la registrazione 850 del 6 aprile, dalla quale risulta che il resoconto delle indagini svolte da Andrea era pervenuto a corte.

[5] Cfr. regg. 370-371 del 27 dicembre 1239 con i quali Federico II aveva ordinato a tutti gli ufficiali del regno di consegnare il denaro del fisco che si trovava in loro possesso al giudice Maggiore *de Iuvenatio* e a Enrico *Abbas*, inviati appositamente nel regno con l'incarico di farlo pervenire al più presto alla corte stessa. I funzionari d'Abruzzo, in particolare, insieme a quelli di Capitanata, Terra di Bari, Terra d'Otranto e Basilicata, avrebbero dovuto consegnare il denaro al giudice Maggiore (cfr. reg. 369). In queste lettere però non si fa menzione del notaio Giovanni *de Palmerio* al quale invece si accenna qui.

[6] Reg. 630.

630 — 1240 febbraio 29, Viterbo

Federico II ordina al giustiziere di Basilicata Tommaso di Osmondo, che ha chiesto ad Andrea de Aquaviva *l'invio di un cavaliere come prestazione di servizio per le sue terre feudali, di tener conto del fatto che questi svolge già mansioni per la curia e che ciò - a detta dello stesso Andrea - comporta un danno, seppur minimo, alla gestione delle proprie terre; gli dà quindi mandato di valutare attentamente le disponibilità di Andrea e di comportarsi nei suoi confronti nello stesso modo in cui si comporta con quanti come lui sono già impiegati al proprio servizio.*

RF c. 77*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Februario in Viterbio*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 358, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 787. **Trascr.**: Sthamer, p. 739. **Regg.**: Böhmer, n. 2850.

Relatore: *Taddeus de Suessa*; scrive e registra: *Laurentius de Brundusio.*

→ 629-630

§ Thomasio filio Osmundi iustitiario Basilicate pro Andrea de Aquaviva iustitiario terre Idronti.

§ Item iustitiario Basilicate. Supplicavit excellentie nostre Andreas de Aquaviva iustitiarius Terre Idronti fidelis noster quod, cum militem unum ab eo exigas in presenti pro servitio terre sue, quia in servitiis nostris est et terre sue facultas hoc minime patitur, nos sibi super hoc providere de nostra gratia dignaremur. Nos igitur attento quod persona eius in servitio nostro moretur, fidelitati tue mandamus, quatinus, si est ita, facta super terre sue facultatibus extimatione decenti, eo modo et tempore servitium exigas ab eodem, quo ab aliis, qui sunt in nostris serviciis, exigetur, ut occasione serviciorum nostrorum nichil sibi quam aliis conditionis eiusdem fidelibus nostris onerosius sentiat irrogatum[1]. | (c. 77*v*)

[1] Cfr. reg. 629 [8].

631 **1240 febbraio 29, Viterbo**

Federico II risponde ad Alessandro di Enrico e gli dà istruzioni sulle varie questioni in merito alle quali questi lo ha interpellato. [1] In primo luogo, avendo appreso da lui che ha provveduto alla nomina di procuratori per le chiese vacanti della propria giurisdizione, gli ordina di rimuovere quelli prescelti per le chiese di Monopoli e di Melfi e per il monastero di S. Stefano di Monopoli, nei quali lui, Federico, ha già provveduto a confermare coloro che erano stati eletti, e di lasciare che siano questi ultimi a rendere conto delle rispettive amministrazioni, dopo comunque aver ricevuto dai procuratori da lui scelti e che debbono essere destituiti il rendiconto relativo all'intero periodo della loro gestione. Gli ordina inoltre di incamerare a nome del demanio le prebende, i benefici ecclesiastici e tutte le altre rendite che si renderanno vacanti o che già lo sono, anche se non esplicitamente espresse nelle precedenti istruzioni, e di comunicargliene tempestivamente l'entità; [2] gli ordina di esigere sia la terza parte del nolo dovuto dai pellegrini che si dirigono in Terrasanta con le navi imperiali e con quelle dei mercanti (così come ha sempre fatto Tommaso de Brundusio *durante il suo mandato) sia i diritti di naufragio sull'imbarcazione naufragata presso Termoli, nonostante le pretese*

accampate dagli ufficiali dell'ammiraglio (col quale del resto sta per fissare un incontro), non ammettendo in alcun modo che quanto stabilito in merito alle competenze dei vari uffici venga mutato fino a nuovo ordine; [3] lo approva perché ha provveduto al pagamento dei compensi stabiliti per tutto il mese di gennaio a coloro che sono addetti alla cura e alla custodia dei falconi, dei leopardi e dei cammelli e a quanti svolgono mansioni connesse agli svaghi imperiali, ordinandogli di continuare a erogare i suddetti pagamenti secondo le modalità fissate dalla corte; [4] gli comunica che le spese che sostiene per inviare corrieri e ambasciatori verranno calcolate nel suo rendiconto contabile e che i compensi previsti per se stesso e per il suo seguito sono gli stessi che finora ha percepito Tommaso de Brundusio*; [5] infine, avendo appreso dallo stesso Alessandro che in Puglia molti si lamentano poiché non gli è ancora stato corrisposto il prezzo stabilito per il sale che hanno prodotto per il demanio fin dal tempo di Tommaso* de Brundusio *e minacciano di non lavorarlo più, gli ordina di procrastinare ancora il pagamento, se possibile, altrimenti di regolarsi come meglio crederà.*

RF c. 77*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Februario in Viterbio.*

Edd.: Carcani, p. 358 s, da cui Huillard-Bréholles, V, pp. 787-789. **Trascr.**: Sthamer, pp. 740-743. **Regg.**: Böhmer, n. 2851.

Relatore: *Taddeus de Suessa*; scrive e registra: *Laurentius de Brundusio.*

Le note relative ai diversi argomenti trattati nella lettera sono poste al margine sinistro della carta.

[‹Responsales ad› Alix]andrum filium ‹He›nrici.

§ Ultimo eiusdem, de imperiali mandato facto per eundem magistrum Taddeum scripsit idem Laurentius Alixandro filio Henrici et cetera. Litteras et capitula et cetera. *[1] De procuratoribus et electis ecclesiarum, proventibus et beneficiis.* Quod autem, sicut significasti, in ecclesiis vacantibus iurisditionis tue procuratores idoneos ordinasti, licet in Monopolitana et Melfiensi Ecclesiis et monasterio Sancti Stephani de Monopuli sint electi a nostra celsitudine confirmati, volumus, ut ab ecclesiis, quarum nostra serenitas confirmavit electos, procuratores amoveas et electis eisdem permittas de suis iuribus responderi, omnes proventus perceptos usque ad

receptionem presencium vel usque ad id temporis percipiendos rec[ip]iens[a] ad opus nostrum a procuratore ratione recepta[b], alias omnes quantitates, etsi non exprimantur in litteris tibi missis[1], vel quas vacare contigerit, nec non beneficia et prebendas, que vacaverint seu vacant, in vacantibus ecclesiis ipsis recipiens et ad opus curie nostre iuxta priorum litterarum nostrarum formam faciens fideliter procurari; significaturus nobis vacantia beneficia et prebendas et redditus annuos eorundem, statim quod aliquas vacare continget. *[2] [De] naulo et navi naufragata.* De tertia parte nauli peregrinorum transfretantium[c] ultra mare tam in navibus curie nostre quam navibus mercatorum, quam Thomasius de Brundusio tempore officii sui recipere consuevit, ut scribis, et de navi, que pridie Thermulis fuit passa naufragium, quam cum predicta tertia parte nauli petunt officiales ammirati, dicentes ad ius sui officii pertinere, mandamus, ut ipsa omnia iura recipias, sicut per dictum Thomasium consueverunt recipi, ad opus curie nostre; et ecce quod eundem admiratum ad nos venire mandamus[2], ut secum exinde conferamus, cum nolimus de officiis et officiorum nostrorum proventibus usque ad aliud mandatum nostre celsitudinis aliquid immutari. *[3] [De expensis] leoparderiorum, ca[melariorum] et aliorum.* Quod expensas statutas dari fecisti per totum mensem ianuarii quibusdam falconeriis, leoparderiis, camelariis et aliis de nostra familia constitutis super nostris solaciis et serviciis, ut scripsisti, quibus Thomasius de Brundusio expensas dare consueverat et de mandato nostro dare, si nunc esset in officio, tenebatur nec dedit amotus pro eodem mense: celsitudini nostre placet et mandamus tibi quod eisdem, quibus dictus Thomasius de mandato nostro dabat expensas et daret hodie, si in officio ipso esset, iuxta statutum curie nostre pro quolibet factum decetero debeas exhibere[3]. *[4] [De] expensis nuntiorum et suis.* Expensas etiam, quas pro nuntiis necessario ad servicia nostra mittendis facere te oportet, ut dicis, necessarias et moderatas in tuis ratiociniis volumus numerari, mandantes, ut pro te et tot personis [tecum] in nostro servitio moraturis expensas iuxta assisam curie nostre recipias, pro quot et sicut recepit hactenus Thomasius antedictus de curie nostre statuto. *[5] De sale.* Quod autem significare curasti quod per Apuliam plures sunt, qui clamant et murmurant quod statutum a curia nostra pretium pro sale, quem hactenus tempore officii Thomasii de Brundusio ad opus nostrum fecerant,

habere non possunt et, si dictum pretium non habuerint, de sale faciendo se in futurum nullatenus intromittent, quod minus utile nostre curie potest esse, volumus, ut, si solutio ipsius precii sine curie incommodo differri poterit, differas, alioquin, si incomodum[d] sequeretur, facias sicut melius videris expedire; in omnibus sic intentus, ut merito commenderis.

[a] rec[ip]iens: *C HB St* nec non; *He* re[..]e(n)s [b] *Il passo* o(mne)s - recepta *aggiunto parte nell'interlineo e parte al margine destro.* [c] *R* t(ra)nsfeta(n)tiu(m) [d] *Così R.*

[1] Il riferimento è al mandato del 10 ottobre 1239 registrato al n. 67.
[2] Cfr. reg. 622 [10].
[3] Cfr. anche reg. 607.

632 — 1240 febbraio 29, Viterbo

Federico II ordina al giustiziere di Valle del Crati e Terra Giordana Tolomeo de Castellione *di appurare se, come gli è stato riferito, Giovanni* de Fuscaldo *si sia veramente sposato, nonostante la legge vieti ai feudatari di contrarre matrimonio senza aver prima ottenuto l'approvazione sovrana, e, ove la colpa fosse accertata, di procedere contro di lui facendolo imprigionare e confiscandone i beni.*

RF c. 77*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Februario in Viterbio.*

Edd.: Carcani, p. 359, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 789 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 744. **Regg.**: Böhmer, n. 2852.

Relatore: *Taddeus de Suessa*; scrive e registra: *Gualterius de Cusentia.*

Al termine della registrazione nota di Gualtiero *de Cusentia* relativa al latore della lettera.

La norma alla quale Giovanni *de Fuscaldo* aveva contravvenuto e alla quale si accenna nella lettera è contenuta in Const. III, 23. 1 (*De uxorandis comitibus et baronibus*, ed. Stürner, p. 387 s), che imponeva il preventivo consenso sovrano ai matrimoni dei feudatari: «sancimus ubique per regnum, ut nullus comes vel baro vel quilibet alius, qui baronias, castra vel feuda in capite a nobis teneat vel ab alio, que in quaternionibus doane nostre baronum inveniuntur inscriptis, sine permissione nostra uxorem ducere valeat».

Ad Tholomeum iustitiarium Vallis Gratis et Terre Iordane contra Iohannem ‹de Fusc›aldo.

§ Eodem, de imperiali mandato facto per magistrum Taddeum scripsit G(ualterius) de Cusentia Tholomeo de Castellione iustitiario Vallis Gratis et Terre Iordane. Innotuit nuper excellentie nostre quod Iohannes de Fuscaldo, cum terram feodalem teneat, uxorem duxit sine mandato et nostre coniventia maiestatis, contra sacrarum constitutionum nostrarum tenorem. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus inquisita super hoc diligentius veritate, si rem inveneris ita esse, eundem Iohannem de persona capias, bonis suis omnibus infiscatis. Datum.

Lator litterarum Arpinus de Fuscaldo.

633 **1240 febbraio 29, Viterbo**

Federico II ordina al provveditore ai castelli Guglielmo de Laurentio *di Sessa di far eseguire i lavori di riparazione di cui necessita Rocca Mondragone e di far terminare la costruzione che è stata intrapresa in una delle torri del castello; inoltre, sebbene l'onere della manutenzione della fortezza spetti agli abitanti della zona, gli ordina di farsi assegnare la somma necessaria (ossia 8 once) dal* collector *Stefano* de Romoaldo *poiché, essendo i suoi sudditi al momento già gravati dalla colletta, potrebbero non essere in grado di soddisfare entrambe le richieste di denaro; tuttavia gli dà comunque mandato di chiedere loro il rimborso della spesa una volta conclusasi la riscossione della colletta.*

RF c. 77*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Februario in Viterbio.*

Edd.: Carcani, p. 359, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 790 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 745 s. **Regg.**: Böhmer, n. 2853.

Relatore: *Taddeus de Suessa*; scrive e registra: *Iacobus de Bantra.*

→ **633-634 e 634[1-2]:** disposizioni per la riparazione del castello di Mondragone.

Si veda la lettera del 9 ottobre 1239 (reg. 50) con la quale Federico II aveva già dato disposizioni per l'esecuzione di opere di restauro nello stesso

castello al giustiziere di Terra di Lavoro Riccardo *de Montenigro*, purché l'impegno di spesa non superasse la somma di 8 once.

‹G(uillelmo)› de Laurentio de [Su]essa provisori [castror]um pro repara[tione] Rocce Montis [Draconis].

§ De mandato imperiali facto per iudicem T(addeum) de Suessa scripsit Iacobus de Bantra G(uillelmo) de Laurentio de Suessa provisori castrorum. Intellexit serenitas nostra quod quedam loca Rocce Montis Draconis reparatione indigent, quoddam etiam hedificium, quod in quadam turre ipsius rocce de novo inceptum fuit, nisi celeriter compleatur, in brevi tempore poterit devastari; quod totum cum modica quantitate expensarum, videlicet cum octo unciis, fieri[a] poterit, ut dicitur, et reparari. Licet autem ad reparationem eiusdem rocce quidam de ipsis partibus teneantur, ne inde facto collecte, que ad presens imponenda est tam ipsis quam aliis fidelibus regni nostri, aliquod propter hec impedimentum evenire contingat et ipsi etiam eodem tempore simul dupplici onere gravati ad utrumque sufficientes esse non possent, volumus, ut quantitatem eandem ipsis scientibus recipias a Stephano de Romoaldo recollectore ipsarum partium, cui pro ipsa tibi solvenda mandatum dirigimus speciale[1], et exinde loca prefata ipsius rocce reparari facias et opus compleri, sicut expedit, supradictum; quam postmodum quantitatem completo dicte collecte servitio a prefatis hominibus, qui ad ipsam reparationem tenentur, recolligas, nominato recollectori restiturus eandem[b].

[a] fier(i) *nell'interlineo.* [b] *Segue, di mano di Ruggero de Salerno*, § Amoto autem; *la nota, iniziata per errore in questo punto e subito interrotta, è ripresa e completata poco sotto, dopo la registrazione 634.*

[1] Reg. 634; v. anche 634[1] e 634[2].

634 **1240 febbraio 29, Viterbo**

634[1] **1240 maggio 3, Orta Nova**

634[2] **1240 giugno 8, Capua**

Mandato diretto al recollector *Stefano* de Romoaldo *affinché provveda a corrispondere al suddetto Guglielmo le 8 once necessarie per la riparazione e per il completamento delle sopraddette fabbriche (n. 634). Il 3 maggio seguente, essendo stato Stefano* de Romoaldo *rimosso dal suo incarico prima ancora di aver provveduto al pagamento delle 8 oncie, il mandato viene inviato nella stessa forma a Riccardo* de Polcara *(n. 634[1]). L'8 giugno si comunica al provveditore ai castelli Guglielmo* Laurentii *di Sessa che il denaro per la riparazione gli sarà corrisposto non più da Stefano* de Romoaldo*, bensì da Riccardo* de Polcara *(n. 634[2]).*

RF c. 77*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Februario in Viterbio.*

Edd.: Carcani, p. 359, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 791. **Trascr.**: Sthamer, p. 746. **Regg.**: Böhmer, nn. 2854, 3058 e 3120.

Relatore: *Taddeus de Suessa*; scrivono e registrano: *Iacobus de Bantra* (634), *Rogerius de Salerno* (634[1]) e *Petrus de Capua*[1] (634[2]).

→ **633-634 e 634[1-2]**

Le due registrazioni 634[1] e 634[2] sono state aggiunte sotto alla 634, nel margine inferiore della carta.

Si veda il mandato con il quale furono demandate a Riccardo *de Polcara* le mansioni che prima erano attribuite al destituito Stefano *de Romoaldo* (reg. 1002); si noti che anch'esso fu redatto il 3 maggio dallo stesso Ruggero *de Salerno* su relazione di Taddeo *de Suessa*.

634. *[S]tephano de Romoaldo [re]collectori pro solvendis octo unciis pro re[par]atione predicta.*

§ Item scriptum est prenominato Stephano recollectori solvat[a] eidem G(uillelmo) predictas octo uncias pro reparatione predicta facienda et complendo opere supradicto.

[a] *Così R; s'intenda* ut *(o* quod*)* solvat

634[1]. § Amoto autem ipso Stephano, priusquam uncias ipsas solveret, iuxta quod intelleximus per predictum Guillelmum, mandante domino imperatore per iudicem Taddeum in eadem forma per omnia scriptum est Riccardo de Pulcara, quod solvat uncias ipsas dicto Guillelmo modo predicto III° madii XIII[e] indictionis, [a]put Ortam.

634[2]. § Item VIII° iunii aput Capuam de eodem mandato scriptum est eidem G(uillelmo), ut recipiat uncias ipsas a Riccardo de Pulcara. || (c. 78*r*)

635 1240 febbraio 29, Viterbo

Federico II ordina al giustiziere d'Abruzzo Boemondo Pissonus *di consegnare gli astori che gli porterà il valletto Rinaldo* Torgisius *ai baroni che questi gli indicherà, affinché se ne prendano cura durante il periodo della muta.*

RF c. 78*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Februario in Viterbio*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro. Un tratto di penna, tracciato secondo Heupel (p. 747 nota *a* del dattiloscritto di Sthamer) in un secondo tempo, attraversa longitudinalmente l'intera carta come a volerla cassare.

Edd.: Carcani, p. 359, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 791. **Trascr.**: Sthamer, p. 747. **Regg.**: Böhmer, n. 2855.

Relatore: *Rogerius de Camera*; scrive e registra: *Gualterius de Cusentia.*

Si veda il mandato del 2 marzo seguente (reg. 719) con il quale si dispose per il pagamento dei compensi dovuti a Rinaldo *Trogisius* e al suo seguito, inviati in Abruzzo con un astore.

B(oamundo) Pissono iustitiario Aprucii pro [astoribus][a] mutandis.

Ultimo, de imperiali mandato facto per magistrum Rogerium de Camera scripsit G(ualterius) de Cusentia Boamundo Pissono iustitiario Aprucii. Fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus astores nostros, quos portabit ad te Renaldus Torgisius vallectus et fidelis[b] noster, mutari facias per barones iurisdictionis tue, quos idem Renaldus tibi duxerit nominandos. Datum.

[a] astoribus *in St; C* asturibus *qui e più avanti (*astures*)* [b] *Il passo* Renald(us) - fidel(is) *sottolineato in un secondo tempo con un tratto di penna continuo.*

636 **1240 febbraio 29, Viterbo**

Federico II ordina ad Alessandro di Enrico di corrispondere ad alcuni falconieri inviati nel regno con i propri falconi i compensi stabiliti per le loro mansioni a partire dal primo di marzo e per tutta la durata della loro permanenza lì; l'entità dei compensi è fissata nel modo seguente: a Corradino dovrà corrispondere i compensi per se stesso e due scudieri nonché le spese per le rispettive cavalcature, a suo fratello Guglielmo quelli per se stesso, uno scudiero e due cavalli, a Enzo de Nuceria *quelli per se stesso, due scudieri e tre cavalli, a suo fratello Cuncio quelli per se stesso due scudieri e tre cavalli, a Enrico* de Nuceria *quelli per se stesso, uno scudiero e due cavalli, a Michelotto* de Marescallo *e a Giordano Saraceno quelli per sé e per il proprio cavallo. Gli ordina inoltre di pagare ai suddetti Corradino e Guglielmo 7 once e mezza dovute loro per il mese di febbraio e di corrispondere allo stesso Corradino il necessario per il mantenimento dei falconi in base al numero degli stessi.*

RF c. 78*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Februario in Viterbio*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro. Un tratto di penna, tracciato secondo Heupel (p. 747 nota *a* del dattiloscritto di Sthamer) in un secondo tempo, attraversa longitudinalmente l'intera carta come a volerla cassare.

Edd.: Carcani, p. 359 s, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 791 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 747 s. **Regg.**: Böhmer, n. 2856.

Relatore: *Albertus de Catania*; scrive: *Laurentius de Brundusio*; registra: *Gualterius de Cusentia.*

Alexandro filio Herrici pro falconibus et falconeriis.

§ Eodem die, de imperiali mandato facto per magistrum Albertum scripsit Laurentius Alexandro filio Herrici[a]. Quia Corradinum et subscriptos alios falconerios et fideles nostros cum falconibus nostris in regnum mittimus moraturos, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus eidem Corradino pro se, duobus scuteriis et tribus equis, Guillelmo fratri suo pro se, uno scuterio et duobus equis, Hencio de Nuceria pro se, tribus equis et duobus scuteriis, Cuncio fratri eius pro se, duobus scuteriis et tribus equis, Herrico de Nuceria pro se, uno scuterio et duobus equis, Michilocto de M[are]scallo pro se et equo uno, Iordano Saraceno pro se et equo uno a kalendis proximi mensis martii XIII indictionis expensas iuxta

assisam curie in regno in antea, donec ibi fuerint, necnon Corradino et Guillelmo predictis pro expensis mensis februarii presentis uncias VII$^{1}/_{2}$ ad pondus curie debeas exhibere. Pro falconibus autem, secundum quod augebuntur et minuentur in numero, necessaria tribuas ad requisitionem Corradini iam dicti. Et de omnibus, que dederis, ab eo recipias apodixas. Datum.

[a] Alex(andro) fil(io) Herr(ici) *nell'interlineo.*

637-638 **1240 febbraio 29, Viterbo**

Federico II ordina ad Alessandro di Enrico di acquistare abiti adeguati per maestro Gualtiero Anglicus *e per suo figlio Guglielmino (n. 637) nonché per Corradino (n. 638), tutti falconieri.*

RF c. 78*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Februario in Viterbio*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro. Un tratto di penna, tracciato secondo Heupel (p. 747 nota *a* del dattiloscritto di Sthamer) in un secondo tempo, attraversa longitudinalmente l'intera carta come a volerla cassare.

Edd.: Carcani, p. 360, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 792. **Trascr.**: Sthamer, p. 748 s. **Regg.**: Böhmer, n. 2857.

Relatore: -; scrive e registra: *Rogerius de Petrasturmina.*

Dalla nota che introduce la registrazione si desume che Ruggero *de Petrasturmina*, il quale generalmente svolgeva funzioni di relatore e non di scrittore, invece di limitarsi a trasmettere l'ordine di redazione delle lettere, si occupò personalmente di scriverle e registrarle, senza rivolgersi a un altro notaio.

637. *Ad Alexandrum filium Henrici, quod faciat indui magistrum Gualterium Anglicum et Guillelmum filium eius falconerios.*

§ Eodem die, de imperiali mandato scripsit Rogerius de Petrastur(mina) eidem Alexandro. Fidelitati tue mandamus, quatinus magistrum Gualterium Anglicum et Guillelminum filium eius falconerios et fideles nostros de pecunia curie nostre, que est per manus tuas, hac vice tantum indui facias condecenter.

638. *Ad eundem pro Conradino.*

§ Similes scripsit de eodem mandato pro Conradino falconerio.

639 **1240 febbraio 29, Viterbo**

In risposta ad Angelo Frisarius*, Federico II [1] si compiace con lui nell'apprendere che ha provveduto a saldare il debito che la camera aveva contratto con alcuni mercanti per l'acquisto di una scodella di onice e di altri oggetti e che ha assegnato all'ammiraglio il denaro necessario per l'acquisto dei* victualia *con i quali caricare le navi imperiali; [2] poiché inoltre - come lo stesso Angelo gli ha comunicato - i genovesi stanno acquistando partite di* victualia *in Sicilia per conto del re di Tunisi per rifornire le regioni dell'Africa settentrionale dove è in corso una carestia, lo informa di aver dato ordine all'ammiraglio di vietare le esportazioni da tutta la Sicilia fintanto che le navi imperiali non saranno salpate per l'Africa con il loro carico, in modo tale che la Corona possa realizzare il maggior profitto possibile, e gli ordina pertanto di far rispettare anche lui tale proibizione, vietando la vendita e l'esportazione di* victualia *dai porti sottoposti alla propria giurisdizione prima che le suddette navi siano partite, fatta eccezione per quelle merci che sono già state acquistate e per le quali è già stato pagato il dazio.*

RF c. 78*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Februario in Viterbio*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro. Un tratto di penna, tracciato secondo Heupel (p. 747 nota *a* del dattiloscritto di Sthamer) in un secondo tempo, attraversa longitudinalmente l'intera carta come a volerla cassare.

Edd.: Carcani, p. 360, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 792 s. **Trascr.**: Sthamer, pp. 750-752. **Regg.**: Böhmer, n. 2858.

Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive e registra: *Iohannes de Ydronto*.

Le note relative ai diversi argomenti trattati nella lettera sono poste al margine sinistro della carta.

Sul significato del termine *victualia* si veda la registrazione 29.

§ Ad Angelum Frisarium.

§ Eodem die, de mandato imperiali facto per iudicem Petrum de Vin(ea) scripsit Iohannes Ydr(onti) Angelo Frisario magistro portulano Sicilie citra flumen Salsum. Benigne recepimus et cetera. *[1] De solutione pecunie pro scutella onichili. § De assignatione pecunie amirato facta pro victualibus emendis et aliis servitiis.* Super eo autem, quod scripsisti, te solvisse de mandato nostro[1] mercato-

ribus ad te missis a curia nostra pro scutella de onichilo et ioettis aliis per eos nostre camere assignatis et amirato pro emendis victualibus ad onerandum naves nostras et alia[a] servitia nostra de pecunia curie nostre, que est per manus tuas: celsitudini nostre placet et tuam inde diligentiam commendamus. Volumus tamen, ut ad inveniendam pecuniam et mittendam ad erarium nostrum des opem et operam efficacem. *[2] § De non onerandis navibus, quousque onerentur naves curie.* Quod autem significasti nobis per interclusa capitula quod in partibus Barbarie est caristia victualium et quod Ianuenses emunt victualia in Sicilia de pecunia regis Tunisi et portant ad eum, unde magnum lucrum consequntur, quod lucrum poterit nostre camere applicari, ecce quod nos amirato damus per nostras litteras[2] in mandatis, ut nullas naves permittat in Sicilia onerari, donec naves nostre fuerint onerate per eum et navigent sive versus Barbariam sive versus alias partes, unde de victualibus ipsis valeat curie nostre maius commodum provenire. Quapropter fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus tu decetero nulla victualia vendas mercatoribus nec permittas a portubus[b] iurisditionis tue extrahi, donec, ut dictum est, naves nostre onerentur et navigent iuxta predicti amirati ordinationem. Naves vero mercatorum, que iam onerate sunt et tibi pecuniam pro extrahendis victualibus persolverunt, navigare permittas; attentius provisurus, ne sub occasione presentis mandati nostri naves aliquas mercatorum onerari de novo vel de portu exire permittas in fraudem curie nostre, que ante presens mandatum nostrum tibi pecuniam non solverunt. | (c. 78*v*)

[a] *R* aliis *con* -s *corretta, forse per trasformarla in* -a [b] *R* portib(us), *come pare.*

[1] Cfr. reg. 138.
[2] Reg. 623.

640-644 **1240 marzo 1, Viterbo**

645-650 **1240 marzo 16, Orte**

Federico II annuncia agli undici giustizieri la sua prossima venuta nel regno di Sicilia e la convocazione di un'assemblea generale che si terrà a Foggia la Domenica delle Palme; pertanto ordina loro di

presentarsi al suo cospetto per quel giorno e di portare con sé due rappresentanti per ciascuna città e uno per ciascun castello della propria provincia, fatta eccezione per quelle città alle quali sono state indirizzate lettere particolari che gli stessi giustizieri dovranno peraltro aver cura di far recapitare. Ordina inoltre loro di condurre con sé a Foggia l'ammontare della colletta raccolta nella propria provincia e, nel caso rimanesse ancora una piccola parte da esigere, di scegliere esattori che in breve tempo riscuotano il residuo e lo facciano pervenire a corte. I primi cinque mandati, spediti il 1° marzo da Viterbo, sono diretti a Ruggero de Amicis *giustiziere della Sicilia occidentale (n. 640), Guglielmo* de Anglone *giustiziere della Sicilia orientale (n. 641), Goffredo* de Montefusculo *giustiziere di Calabria (n. 642), Tolomeo* de Castellione *giustiziere di Valle del Crati e Terra Giordana (n. 643), Andrea* de Aquaviva *giustiziere di Terra d'Otranto (n. 644); gli altri sei, spediti il 16 marzo da Orte, sono indirizzati a Landolfo* de Franco *giustiziere di Terra di Bari (n. 645), Tommaso di Osmondo giustiziere di Basilicata (n. 646), Riccardo* de Montenigro *giustiziere di Terra di Lavoro (n. 647), Tommaso* de Montenigro *giustiziere del Principato (n. 648), Riccardo* de Montefusculo *giustiziere di Capitanata (n. 649), Boemondo* Pissonus *giustiziere d'Abruzzo (n. 650).*

RF c. 78*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Martio in Viterbio* e *Littere de accessu domini in regnum*.

Edd.: Carcani, p. 360 s, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 793-795. **Trascr.**: Sthamer, pp. 753-755. **Regg.**: Böhmer, n. 2859.

Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive: *Gualterius de Cusentia*; registrano: *Guillelmus de Tocco* (640-644 del 1° marzo) e *Petrus de Capua*[2] (645-650 del 16 marzo).

→ **640-715:** convocazioni all'assemblea generale di Foggia indetta per la Domenica delle Palme. Si tratta di uno dei gruppi di *similes* più consistenti e articolati del registro. Le registrazioni occupano tre facciate (cc. 78*v*-79*v*) e sono suddivise in tre diversi gruppi in base alle qualità e alle funzioni dei destinatari: a c. 78*v* sono registrate infatti le lettere dirette agli undici giustizieri (nn. **640-650**), a c. 79*r* quelle per i secreti, camerari, maestri portolani e altri funzionari del regno (nn. **651-668**), a c. 79*v*, infine, quelle indirizzate alle città demaniali (nn. **669-715**). La prima registrazione di ogni carta riproduce il testo della lettera-tipo che fu spedita a ciascuno dei tre diversi gruppi ed è seguita da una serie di semplici *similes* dove compare soltanto l'indicazione del destinatario. Le prime registrazioni di

ogni carta (nn. 640-644 a c. 78*v*, 651-656 a c. 79*r*, 669-688 a c. 79*v*) si riferiscono a mandati spediti il 1° marzo da Viterbo, mentre le successive (nn. 645-650 a c. 78*v*, 657-668 a c. 79*r*, 689-715 a c. 79*v)* sono relative ad analoghi mandati emessi il 16 marzo da Orte. Il fatto che siano state registrate di seguito, sulla stessa carta lettere spedite a quindici giorni di distanza, invece di rispettare la normale sequenza cronologica mettendo a registro prima tutte le missive del 1° marzo e poi quelle del 16 (inframezzate dalle numerose registrazioni del periodo intermedio 1°-15 marzo), si spiega proprio con la particolare funzionalità del registro stesso, la cui configurazione come effettivo strumento di lavoro della cancelleria si manifesta proprio nella cura e nell'attenzione continua a evidenziare i nessi e le interrelazioni esistenti tra i vari documenti. Le lettere destinate ai funzionari e alle città di Sicilia, Calabria e Terra d'Otranto furono spedite e registrate effettivamente il 1° marzo su tre carte distinte e in quell'occasione la metà inferiore di ciascuna carta fu direttamente lasciata in bianco per poter poi accogliere la registrazione di quelle dirette ai destinatari delle province più settentrionali del regno, la cui redazione era già stata programmata. Il motivo per cui questo secondo, più consistente gruppo non fu spedito né registrato fino al 16 marzo, va ricercato esclusivamente nel costante impegno volto a ottimizzare l'attività di redazione e di spedizione della cancelleria. Dal testo dei mandati diretti ai giustizieri si apprende infatti che essi ricevettero, oltre alle proprie, anche le lettere indirizzate alle città della propria provincia, con il preciso incarico di farle pervenire a destinazione; ciò spiega perché la redazione delle settantasei lettere non venne ripartita matematicamente in due scaglioni né si procedette alla loro confezione in base al tipo di missiva e di destinatario; al contrario l'operazione fu programmata in modo tale che fossero redatte e spedite prima tutte le lettere che dovevano pervenire ai funzionari e alle città delle province più lontane dal luogo in cui si trovava la corte (Sicilia, Calabria, Valle del Crati e Terra d'Otranto) e poi quelle dirette alle province settentrionali, che potevano essere raggiunte più velocemente dai corrieri.

Da una nota apposta da Pietro *de Capua*[2] al margine destro delle registrazioni relative alle missive indirizzate ai giustizieri di Valle del Crati e Terra d'Otranto (nn. 643-644), ma riferita anche alle tre precedenti (nn. 640-642), si apprende che le lettere dirette ai giustizieri delle province meridionali (comprese quindi anche quelle che essi avrebbero poi dovuto far consegnare alle città) furono recapitate per mezzo dello scudiero Tommasino al secreto di Messina e al giustiziere di Valle del Crati, incaricati a loro volta, tramite l'invio di ordini precisi, di farle giungere a destinazione: il primo agli ufficiali e alle città dell'isola e il secondo a quelli

di Calabria e della propria provincia. Delle due lettere con le quali fu impartito l'ordine di smistare i mandati del 1° marzo e alle quali si accenna nell'annotazione di Pietro *de Capua* non rimane altra traccia nel registro, tuttavia si è preferito non estrapolarne il testo dalla nota di cancelleria, ritenendo in tal modo di riprodurre più fedelmente l'impianto generale delle registrazioni e il carattere di forte omogeneità dell'intero gruppo, carattere che lo stesso Pietro *de Capua* sembra non aver voluto alterare relegando la menzione delle due lettere nella nota marginale relativa alla spedizione piuttosto che registrarle nella forma usuale che avrebbe però interrotto la serie continua delle *similes*.

A questo *colloquium generale* che si tenne l'8 aprile a Foggia accenna anche Riccardo di San Germano (*Ryccardi de Sancto Germano notarii Chronica*, p. 205). Sulle assemblee generali del regno, istituite da Federico II nel 1234, e sulle loro funzioni: Marongiu, *Sulle "curie generali"*; in particolare sul parlamento di Foggia del 1240: Paolucci, *Il parlamento di Foggia del 1240*.

Littere de accessu domini in regnum

640. § I eiusdem, de imperiali mandato facto per magistrum P(etrum) de Vin(ea) scripsit G(ualterius) de Cusentia Rogerio de Amicis iustitiario Sicilie ultra flumen Salsum. Ex occupationibus nostris modicum temporis subtractione laudabili [sub]trahentes, ecce quod ad hereditarium regnum nostrum Sicilie, quod inter ceteras regiones ditioni nostre subiectas delectabilius nobis et precipuum reputamus, gressibus festinatis accedimus, ut regnum et regnicolas ilariter videamus. Cum igitur apud Fogiam in festo Palmarum primo venturo colloquium indixerimus generale, ubi de fidelibus nostris aliquos ex singulis regni partibus volumus habere presentes, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus in predicto termino personaliter nostro conspectui te presentes, ducturus tecum duos nuntios de unaquaque civitate et unum de unoquoque castro iurisditionis tue, que in demanio nostro tenentur ad presens, preter civitates illas, quibus de mittendis earum nuntiis litteras mittimus speciales[1], quas eis facias assignari; attentissime curaturus quod infra terminum supradictum collectam de iustitiariatu tuo integre recollectam ad presentiam nostram feras; et si quid modicum residuum fuerit colligendum, statuas [instant]issimos exacto-

res, qui, te ad nostram presentiam veniente, illud instantissime colligant et ad presentiam nostram deferre [procurent].

[1] Regg. 669-715.

641. § Similes G(uillelmo) de Anglon(e) iustitiario Sicilie citra flumen Salsum.

642. § Similes G(offrido) de Montefusculo iustitiario Calabrie.

643. § Similes Tholomeo de Castilione iustitiario Vallis Gratis et Terre Iordane.

644. § Similes A(ndree) de Aquaviva iustitiario Terre Ydronti.

Quas predictas litteras detulit Thomasinus scuterius m[ares]talle, qui detulit litteras ad secretum [Mes]sane, quod, si roncinus suus ei deficeret, deb[il‹em rec›e]pturus ab eo, sibi in alio provideret, [et quod re]cipiat ab eo litteras, que mittuntur per [Sici]liam, et sine mora mittat; item ad [iustitiarium] Vallis Gratis, quod similiter recipiat litteras, [que mit]tuntur per Calabriam et iurisdictionem suam, et mittat.

§ XVI° eiusdem apud Ortam

645. § Similes Landulfo de Franco iustitiario Terre Bari.

646. § Similes Thomasio filio Osmundi iustitiario Basilicate[1].

[1] Si veda il mandato del 3 aprile seguente (reg. 840) con il quale Federico II rinnovò al giustiziere l'ordine di raggiungere la corte a Foggia per la Domenica delle Palme.

647. § Similes R(iccardo) de Montenigro iustitiario Terre Laboris[1].

[1] Si veda il mandato del 3 aprile seguente (reg. 839) con il quale Federico II rinnovò al giustiziere l'ordine di raggiungere la corte a Foggia per la Domenica delle Palme.

648. § Similes T(homasio) de Montenigro iustitiario Principatus.

649. § Similes R(iccardo) de Montefusculo iustitiario Capitinate.

650. § Similes Boamundo Pisciono iustitiario Aprutii[a]. || (c. 79*r*)

[a] *La restante parte della carta è stata lasciata in bianco per lo spazio di circa 12 righe ed è stata quindi cassata con 3 linee oblique parallele.*

651-656 **1240 marzo 1, Viterbo**

657-668 **1240 marzo 16, Orte**

Federico II annuncia ad alcuni dei suoi ufficiali la sua prossima venuta nel regno di Sicilia e la convocazione di un'assemblea generale che si terrà a Foggia il giorno della Domenica delle Palme, ordina quindi loro di presentarsi al suo cospetto per quella data. I mandati sono diretti nella stessa forma ai seguenti destinatari: Oberto Fallamonacha *secreto di Palermo (n. 651), Angelo* Frisarius *(n. 652), Maggiore* de Plancatone *secreto di Messina (n. 653), Senatore* de Archis *castellano di Messina (n. 654), Tommaso* de Brundusio *(n. 655), Severino* de Calataphimo *(n. 656), Ruggero* de Calvellis *(n. 657), Guglielmo* de Sanginito *(n. 658), Tommaso* de Atto *(n. 659), Riccardo* de Lauria *(n. 660), Filippo* de Zunculo *(n. 661), Guglielmo* de Sancto Fraymundo *(n. 662), Angelo* de Marra *(n. 663), Roberto* Malerba *(n. 664), Andrea* de Cicala *(n. 665), Alessandro di Enrico (n. 666), Riccardo* de Polcara *(n. 667), Crescio* Amalfitanus *camerario d'Abruzzo (n. 668). I mandati relativi ai nn. 651-656 vengono spediti da Viterbo il 1° marzo, gli altri (nn. 657-668) da Orte il 16 marzo.*

RF c. 79*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Marcio in Viterbio*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 361, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 795 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 756 s. **Regg.**: Böhmer, n. 2860.

Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive: *Gualterius de Cusentia*; registrano: *Guillelmus de Tocco* (651-656 del 1° marzo) e *Petrus de Capua*[2] (657-668 del 16 marzo).

→ **640-715**

651. § I eiusdem, de mandato facto per magistrum P(etrum) de Vin(ea) scripsit G(ualterius) de Cusentia Oberto Fallamon(acha) secreto Panormi. Ex occupacionibus nostris modicum temporis subtractione laudabili subtrahentes, ecce quod ad hereditarium regnum nostrum Sicilie, quod inter alias regiones ditioni nostre subiectas delectabil[ius] nobis et precipuum reputamus, gressibus festinis accedimus, ut regnum et regnicolas ilariter videamus. Cum igitur apud Fogiam in festo Palmarum primo venturo conloquium indixerimus generale, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus in termino supradicto omni mora [et occasione][a] cessantibus nostro te conspectui representes, ut serenitatem vultus nostri respicias et nostram audias voluntatem.

[a] et occasione *in St; C HB* et dilatione

652. § Similes Angelo Frisario.

653. § Similes [M(aiori) de] Plancatone secreto Messane.

654. § Similes Senatori de Archis[a] castellano Messane.

[a] *R* Archi*, per evidente omissione.*

655. § Similes [Thomasio] de Brundusio.

656. § Similes Severino de Calataphimo[a].

[a] *Questa registrazione è posta su una seconda colonna, accanto alla 655.*

§ XVI° eiusdem apud Ortam

657. § Similes Roggerio de Calvillis.

658. § Similes Guillelmo de Sanginito.

659. § Similes Thomasio de Atto.

660. § Similes Riccardo de Lauria.

661. § Similes Philippo de Zunculo.

662. § Similes Guillelmo de Sancto Fraymundo.

663. § Similes Angelo de Marra.

664. § Similes Robberto Malerba.

665. § Similes ad Andream de Cicala capitaneum et cetera.

666. § Similes Alexandro filio Henrici.

667. § Similes Riccardo de Pulcara.

668. § Similes Criscio Amalfitano camerario Aprutii[a]. || (c. 79*v*)

[a] *La restante parte della carta è stata lasciata in bianco per lo spazio di circa 15 righe ed è stata quindi cassata con 4 linee oblique parallele.*

669-688 **1240 marzo 1, Viterbo**

689-715 **1240 marzo 16, Orte**

Federico II annuncia ai balivi, ai giudici e alle popolazioni delle città demaniali la sua prossima venuta nel regno di Sicilia e la convocazione di un'assemblea generale che si terrà a Foggia il giorno della Domenica delle Palme; ordina quindi loro di far pervenire al suo cospetto per quella data due rappresentanti. I mandati sono diretti nella stessa forma alle seguenti città: Palermo (n. 669), Nicosia (n. 670), Trapani (n. 671), Castro Giovanni (n. 672), Piazza (n. 673), Caltagirone (n. 674), Lentini (n. 675), Augusta (n. 676), Siracusa (n. 677), Catania (n. 678), Messina (n. 679), Reggio (n. 680), Nicastro (n. 681), Crotone (n. 682), Cosenza (n. 683), Otranto (n. 684), Brindisi (n. 685), Taranto (n. 686), Matera (n. 687), Gravina (n. 688), Barletta (n. 689), Trani (n. 690), Bari (n. 691), Monopoli (n. 692), Bitonto (n. 693), Giovinazzo (n. 694), Bisceglie (n. 695), Molfetta (n. 696), Melfi (n. 697), Potenza (n. 698), Monte Sant'Angelo (n. 699), Siponto (n. 700), Civitate (n. 701), Troia (n. 702), Termoli (n. 703), Salerno (n. 704), Sorrento (n. 705), Amalfi (n. 706), Policastro (n.

707), Ariano (n. 708), Eboli (n. 709), Avellino (n. 710), Montefusco (n. 711), Capua (n. 712), Aversa (m. 713), Napoli (n. 714), Gaeta (n. 715). Le lettere relative ai nn. 669-688 vengono spedite da Viterbo il 1° marzo, le altre (nn. 689-715) da Orte il 16 marzo.

RF c. 79*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Marcio in Viterbio*.

Edd.: Carcani, p. 361 s, da cui Huillard-Bréholles, V, pp. 796-798. **Trascr.**: Sthamer, pp. 758-760. **Regg.**: Böhmer, n. 2861.

Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive: *Gualterius de Cusentia*; registrano: *Guillelmus de Tocco* (669-688 del 1° marzo) e *Petrus de Capua*[2] (689-715 del 16 marzo).

→ **640-715**

Le registrazioni sono disposte su due colonne.

Sul significato che l'istituzione di queste periodiche assemblee provinciali con l'intervento dei rappresentanti delle città assumeva nel quadro dell'orientamento di Federico II di valorizzare in una certa misura la rete dei centri urbani del regno: Caravale, *La legislazione statutaria*, pp. 195 ss.

669. § I eiusdem, de imperiali mandato facto per magistrum P(etrum) de Vin(ea) scripsit G(ualterius) de Cusentia baiulis, iudicibus et universo populo Panormi. Ex occupationibus nostris modicum temporis subtractione l[aud]abili subtrahentes, ecce quod ad hereditarium regnum nostrum Sicilie, quod inter alias regiones ditioni nostre subiectas delectabilius nobis et precipuum reputamus, gressibus festinis accedimus, ut regnum et regnicolas ilariter videamus. Cum igitur apud Fogiam festo Palmarum primo venturo colloquium indixerimus generale, ubi de fidelibus nostris aliquos ex singulis regni nostri partibus volumus habere presentes, fidelitati vestre precipiendo mandamus, quatinus in termino supradicto, sicut gratiam nostram diligitis, duos nuntios vestros ad nostram presentiam destinetis, qui pro parte vestrum omnium serenitatem vultus nostri prospiciant et nostram vobis referant voluntatem.

670. § Similes Nycosie.

671. § Similes Trapani.

672. § Similes Castri Iohannis.

673. § Similes Platie.

674. § Similes Calatagiron(i).

675. § Similes Lentin(i).

676. § Similes Auguste.

677. § Similes Siracusie.

678. § Similes Catanie.

679. § Similes Messan(e).

citra farum

680. § Similes Regii.

681. § Similes Neocastri.

682. § Similes Cotron(i).

683. § Similes Cusentie.

684. § Similes Ydronto.

685. § Similes Brund(usii).

686. § Similes Tarento.

687. § Similes Matere.

688. § Similes Gravine.

§ XVI° eiusdem apud Ortam

689. § Similes Barol(i).

690. § Similes Trani.

691. § Similes Bari.

692. § Similes Monopol(i).

693. § Similes Botont(i).

694. § Similes Iuvenac(ii).

695. § Similes Vigil(iarum).

696. § Similes Melfitt(e)[a].

[a] *Tra questa e la successiva registrazione è stata lasciata una riga bianca.*

697. § Similes Melfie.

698. § Similes Potentie.

§ XVI° eiusdem apud Ortam[a]

699. § Similes Mont(is) Sancti Angeli.

[a] *Ha inizio qui la seconda colonna della carta.*

700. § Similes Sypont(i).

701. § Similes Civitat(is).

702. § Similes Troie.

703. § Similes Termul(arum).

704. § Similes Salerni.

705. § Similes Surrent(i).

706. § Similes Amalfie.

707. § Similes Policastr(i).

708. § Similes Arian(i).

709. § Similes Ebol(i).

710. § Similes Avellin(i).

711. § Similes Mont(is) Fuscul(i)[a].

[a] *Tra questa e la successiva registrazione è stata lasciata una riga bianca.*

712. § Similes Capue.

713. § Similes Averse.

714. § Similes Neapol(is).

715. § Similes Gaiet(e). || (c. 80*r*)

716-718 **1240 marzo 2, Tuscania**

Dovendo inviare 5.000 once d'oro a re Enrico di Sardegna per il pagamento dei cavalieri che si trovano attualmente al suo servizio e che in mancanza degli stipendi sono stati costretti a impegnare armi e cavalli, Federico II ordina ai giustizieri d'Abruzzo (n. 716) Capitanata (n. 717) e Terra di Lavoro (n. 718) di raccogliere al più presto tale somma di denaro, utilizzando i proventi della colletta o altri cespiti di entrate, e di farla quindi trasferire immediatamente a San Flaviano, dove un messaggero di re Enrico, il notaio G. de Vereccl*o*, *attende insieme ad altri corrieri per trasmetterla poi direttamente al sovrano. Ove non fosse possibile mettere insieme tale quantità di denaro in tempi brevi, ordina loro di consegnare intanto ai detti corrieri almeno 4.000 o 3.000 once d'oro e di provvedere quindi con altre spedizione di denaro all'erogazione dell'intera somma.*

RF c. 80*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Marcio in Tuscanella*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 362, da cui Huillard-Bréholles, V, pp. 798-800. **Trascr.**: Sthamer, pp. 761-763. **Regg.**: Böhmer, n. 2862.

Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive: *Laurentius de Brundusio*; registra: *Guillelmus de Tocco*.

Il 13 marzo successivo Federico II rinnovò al giustiziere d'Abruzzo l'ordine di inviare denaro a re Enrico (reg. 752). Ulteriori invii di 5.000 once d'oro allo stesso Enrico di Sardegna erano già stati disposti in precedenza (cfr. regg. 127 e 206 rispettivamente del 1° e 21 novembre 1239); si veda inoltre il mandato diretto pochi giorni dopo al giustiziere Riccardo *de Montenigro* con l'ordine di consegnare altre 2.000 once della colletta, stavolta però a Riccardo *de Sancto Germano* (n. 730 del 5 marzo).

716. *§ Ad iustitiarium Aprucii pro dandis quinque milibus unciarum regi Henrico.*

§ II eiusdem, de mandato facto per magistrum P(etrum) de Vin(ea) scripsit Laurentius B(oamundo) Pisciono iustitiario Aprucii. Negotiorum nostrorum instantia et qualitate poscente quinque milia unciarum auri ad generale pondus regni H(enrico) illustri regi Turrium et Gallure et cetera, pro stipendiis militum, qui secum in servicio nostro morantur, debitis pro quadam quantitate temporis preteriti et instantis, cum propter stipendiorum defectum[a] arma et equos obligaverint et fere inhutiles sine oportun(is) videantur esse cum eo, necessario decrevimus destinare de pecunia curie nostre, que est per manus tuas, R(iccardi) de Monte Nigro iustitiarii Terre Laboris et R(iccardi) de Monte Fusculo iustitiarii Capitinate, proveniente ex quacumque causa sive de presenti collecta sive alias undecumque, et super hoc cuilibet predictorum similes presentibus litteras destinamus[1], fidelitati tue firmiter precipiendo mandantes, quatinus statim visis hiis litteris omni mora et difficultate remotis ad requisitionem G. de Vereccl(o) notarii et nuntii dicti regis mittas de presentis collecte pecunia vel alia quacumque, quam habes ad manus et citius potes habere, usque Sanctum Flavianum ad fines regni in ea, quam habueris, quantitate ad presens per tuos nuntios speciales viros providos et fideles, qui simul cum aliis nuntiis predictorum nuntiis dicti regis, qui apud Sanctum Flavianum expectant, pro parte tua de ipsa pecunia tantum assignent, quod ex ea, quam tuus et predictorum nuntii dederint, quinque milium unciarum numerus compleatur. Nec volumus quod ipsa pecunia collec-

tori statuto vel alii nuntio nostro delaturo eam ad nos, ut ipsam de camera nostra regi mitteremus postmodum, assignetur, set a vestris manibus per vestros nuntios recta via usque[b] Sanctum Flavianum et ad regem deinde transmittatur. Quod si tam cito tota predicta quantitas integra inter vos tres nunc haberi non posset, ad minus quatuor milia, vel ad minus tria milia statim et in continenti in omnem eventum transmitti oportet, et tu cures omnimodo, quod mittantur, sicut nostram gratiam caram habes; ita tamen, quod pro parte tua et dictorum iustitiariorum sive prima sive secunda vice tota predicta quantitas eiusdem regis nuntiis assignetur; recepturus autem de hiis, que dederis, idoneam apodixam.

[a] *Segue una macchia (o forse una rasura) di circa 2 lettere non segnalata da St e che invece He integra con* [cum]*; il senso compiuto della frase non sembra però necessitare dell'integrazione, mentre è possibile che il notaio avesse effettivamente scritto* cu(m) *e che poi, accortosi dell'errore, lo abbia eraso o dilavato.* [b] u- *forse corretta su* h

[1] Regg. 718 e 717.

717. § Similes per omnia scripsit R(iccardo) de Monte Fusculo iustitiario Capitinate.

718. § Similes R(iccardo) de Monte Nigro iustitiario Terre Laboris et comitatus Molisii.

719 — 1240 marzo 2, Tuscania

Federico II ordina al maestro camerario d'Abruzzo Crescio Amalfitanus *di pagare 4 once d'oro al valletto Rinaldo* Trogisius *(latore della lettera), il quale è stato inviato in quella regione per il trasferimento di un astore che dovrà essere custodito durante il periodo della muta; tale somma, che la camera non è in grado di corrispondere per mancanza di liquidità, gli è dovuta quale compenso per il mese di marzo per lui e per i due scudieri che lo accompagnano nonché per le spese dei rispettivi cavalli.*

RF c. 80*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Marcio in Tuscanella*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 362 s, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 800. **Trascr.**: Sthamer, p. 764. **Regg.**: Böhmer, n. 2863.

Relatore: *Albertus de Catania*; scrive e registra: *Iacobus de Bantra*.

Due linee oblique, tracciate secondo Heupel in un periodo successivo alla redazione del registro (cfr. p. 764 nota *a* del dattiloscritto di Sthamer), attraversano longitudinalmente la nota marginale e la registrazione stessa, quasi a volerle cassare. Nello spazio originariamente lasciato in bianco dopo questa registrazione fu poi aggiunto un falso, per il quale si veda l'introduzione, p. XXI.

Si veda il mandato del 29 febbraio (reg. 635) con il quale il sovrano preannunciava al giustiziere d'Abruzzo l'arrivo di Rinaldo *Trogisius*.

Crescio Amalfitano magistro camerario Aprutii pro dandis Raynaldo Trogisio quattuor unciis.

§ De mandato imperiali facto per magistrum Albertum scripsit Iacobus de Bantra Crescio Amalfitano magistro camerario Aprutii. Quia mittimus ad partes ipsas latorem presentium Raynaldum Trogisium vallectum[a] et fidelem nostrum cum quadam[b] asture ad mutam, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus sibi pro se, duobus scuteriis et tribus equis quatuor uncias auri ad pondus curie pro expensis suis presentis mensis martii debeas exhibere, cum in camera nostra non fuerit ad presens pecunia, de qua expense predicte solverentur eidem, et recipias ab eo exinde apodixam.| (c. 80*v*)

[a] *Il passo* Raynal(dum) - vall(e)ctu(m) *sottolineato in un secondo tempo con un tratto di penna continuo.* [b] *R* quada(m) *con tratto abbreviativo depennato su* -a-

720 — 1240 marzo 5, Montalto di Castro

Federico II ordina al giustiziere di Terra di Lavoro Riccardo de Montenigro *di far recapitare a San Flaviano le selle commissionate a Napoli da re Enrico di Sardegna.*

RF c. 80*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Martio in Monte Alto*.

Edd.: Carcani, p. 363, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 801 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 765. **Regg.**: Böhmer, n. 2865.

Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive e registra: *Petrus de Capua*[2].

[‹Ad iustitiarium› Terre Laboris, ut ‹mittat›] apud Sanctum Flavianum [sell]as[a] *regis H(enrici).*

§ V° martii XIIIe indictionis apud Montem Altum, de imperiali mandato facto per magistrum P(etrum) de Vinea scripsit P(etrus) de Capua ad Riccardum de Montenigro iustitiarium Terre Laboris. Fidelitati tue mandamus, quatinus sellas, quas fecit fieri Neapoli Henricus dilectus filius noster illustris rex Turrium et Gallure, usque ad Sanctum Flavianum debeas destinare. Datum et cetera.

[a] *C HB* collectas*, St* [colle]ctas *qui e più avanti, dove invece si legge chiaramente* sellas*; He* [sell]as

721 — 1240 marzo 5, Montalto di Castro

Federico II ordina a Marino de Ebulo *di presentarsi immediatamente al suo cospetto.*

RF c. 80*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Martio in Monte Alto.*

Edd.: Carcani, p. 363, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 802. **Trascr.**: Sthamer, p. 766. **Regg.**: Böhmer, n. 2866.

Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive e registra: *Petrus de Capua*[2].

‹Marin›o de Ebulo, ut ‹venia›t.

§ Eodem die ibidem, de eodem mandato scripsit idem ad Marinum de Ebulo. Fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus visis hiis litteris omni mora et occasione remotis, sicut gratiam nostram diligis, ad presentiam nostram debeas te conferre. Datum et cetera.

722 — 1240 marzo 5, Montalto di Castro

Federico II risponde ad Angelo de Marra *e gli ordina, pur essendo stato sostituito nel suo ufficio da Riccardo* de Polcara*, di svolgere comunque con diligenza tutti gli altri incarichi che gli sono stati affidati.*

RF c. 80*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Martio in Monte Alto*.

Edd.: Carcani, p. 363, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 802. **Trascr.**: Sthamer, p. 767. **Regg.**: Böhmer, n. 2867.

Relatore: *Taddeus de Suessa*; scrive e registra: *Petrus de Capua*[2].

Si vedano i mandati del 5 ottobre 1239 registrati ai nn. 30 e 33 nei quali si dice espressamente che Riccardo *de Polcara* era stato da poco insediato al posto di Angelo *de Marra*. Si veda anche la successiva registrazione 728 del 5 marzo dove si fa riferimento a un mandato inviato a Riccardo *de Polcara* il 5 ottobre 1239 ma giunto a destinazione soltanto il 22 gennaio seguente; in questa lettera *de exercendo officio* si può quasi certamente riconoscere la *commissio*, ossia la missiva con la quale si comunicava a Riccardo *de Polcara* la sua nomina in sostituzione di Angelo *de Marra* e gli si davano istruzioni in merito al suo nuovo incarico.

[Responsa]les ad Angelum [de] Marra.

§ Eodem die ibidem, de imperiali mandato facto per iudicem Taddeum scripsit idem ad Angelum de Marra[a]. Fidelitatis tue litteras solita benignitate recepimus et ipsarum continentiam intelleximus diligenter. Cum igitur persone tue laboribus providentes Riccardum de Polcar(a) fidelem nostrum statuerimus loco tui, fidelitati tue mandamus, quatinus de aliis servitiis nostris tibi commissis, iuxta quod per alias litteras nostras tibi dedisse recolimus in mandatis, diligens taliter et studiosus existas, quod in conspectu nostro appareas proinde commendandus. Datum et cetera.

[a] *Il nome* Ang(e)l(u)m d(e) Marr(a) *sottolineato in un secondo tempo con un tratto di penna continuo.*

723 **1240 marzo 5, Montalto di Castro**

In risposta al giustiziere di Capitanata Riccardo de Montefusculo*, che gli ha comunicato che a causa del maltempo ha dovuto far sostare per molti giorni presso Civitavecchia le galee imperiali che trasportavano i prigionieri lombardi e che di conseguenza è stato costretto a prendere a prestito 602 once e 17 tarì e mezzo sia per pagare i compensi dovuti ai duecentottantatré marinai delle due galee di Ischia e Sorrento sia per provvedere al mantenimento loro e dei*

trecentocinquantaquattro prigionieri per un periodo ulteriore di quindici giorni, Federico II gli ordina di saldare i creditori con i fondi fiscali, assicurandogli che tali spese verranno calcolate nel suo rendiconto contabile.

RF c. 80*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Martio in Monte Alto.*

Edd.: Carcani, p. 363, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 803. **Trascr.**: Sthamer, p. 768 s. **Regg.**: Böhmer, n. 2868.

Relatore: *Albertus de Catania*; scrive e registra: *Iacobus de Bantra.*

Per quanto riguarda il trasferimento dei prigionieri lombardi nel regno si vedano le registrazioni 310-335.

[Responsa]les ad R(iccardum) de [Mon]tefusculo iustitiarium [Capi]tinate pro pecunia [mutuo] recepta pro facto [‹vase›llo]rum[a] *et prisonum resti[tuenda et]*[b] *computanda tempore [ratiocin]ii sui.*

§ De mandato imperiali facto per magistrum Albertum scripsit Iacobus de Bantra litteras responsales Riccardo de Monte Fusculo iustitiario Capitinate. Devotionis tue litteras benignitate recepimus consueta et earum tenorem intelleximus diligenter. Quod autem significasti nobis, quia, cum propter aeris inclementiam per plures dies oportuerit te facere moram cum galeis nostris apud Civitatem Veterem et marinarii galee Surrenti et galee Yscle terminum compleverant, pro quo fuerant solidati, pro solidandis eisdem pro quindecim diebus et pro sustentatione ipsorum, qui fuerant ducenti octoginta tres, et pro comestione etiam captivorum, quos cum ipsis galeis per te misimus in regnum, qui fuerant trecenti quinquaginta et quatuor, mutuo receperas uncias sexaginta duas et tarenos decem et septem et medium: placet nobis et mandamus, ut de proventibus iustitiariatus tui creditoribus restituas uncias supradictas, volentes quod tempore ratiocinii tui ipse tibi uncie computentur, sicut eas pro dicto servitio nostro necessario expendisti.

[a] [vase]llorum *in St; C* marinariorum [b] *St aggiunge di seguito* [sibi]*, ma la lacuna non sembra così estesa.*

724 **1240 marzo 5, Montalto di Castro**

In risposta a Giovanni de Cioffo, *Federico II [1] lo loda per la sollecitudine con la quale gli ha trasmesso le notizie provenienti dalla Terrasanta e gli ordina di comunicargli sempre tutte le novità delle quali verrà a conoscenza; [2] gli dà poi mandato di far conservare fino a nuovo ordine nel palazzo di Messina, e nonostante gli siano state richieste dall'ammiraglio, sia le ventidue balestre di due piedi fatte acquistare ad Accon e portate recentemente a Messina con la nave che era stata di proprietà del camerario Riccardo, sia le ventisei che ha provveduto a far comprare con i fondi fiscali, sia infine le ventisei che sono state recuperate nei castelli dello stesso camerario Riccardo e le ulteriori sessanta che gli sono state consegnate dal maestro balestriere Simone; [3] gli comunica infine che le spese che sostiene per l'invio di corrieri a corte verranno conteggiate nel suo rendiconto contabile.*

RF c. 80*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Martio in Monte Alto*.

Edd.: Carcani, p. 363 s, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 803 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 770 s. **Regg.**: Böhmer, n. 2869.

Relatore: *Taddeus de Suessa*; scrive e registra: *Gualterius de Cusentia*.

Le note relative ai diversi argomenti trattati nella lettera sono poste al margine sinistro della carta.

Si veda la lettera del 5 febbraio precedente (519 [1]) dove si fa riferimento ad altre balestre che Giovanni *de Cioffo* aveva acquistato e che dovevano essere custodite nel palazzo di Messina come quelle ricordate in questa lettera; si veda inoltre il mandato del 29 marzo seguente (reg. 814) col quale lo stesso Giovanni *de Cioffo* ricevette l'ordine di consegnare tutte quelle armi al secreto Maggiore *de Plancatone*.

‹A›d Iohannem de Cioffo responsales.

§ Eodem die, de imperiali mandato facto per magistrum Taddeum de Suessa scripsit G(ualterius) de Cusentia responsales Iohanni de Cioffo. *[1] [De novis] ultra mare, que [sig]nificavit*[a]. Consueta benignitate recepimus litteras et cetera, commendantes sollicitudinem tuam de novis, que de partibus ultramarinis intelligens statim nobis significare curasti, fidelitati tue mandantes, ut quocienscumque de partibus illis vel aliis aliqua nova scire potueris, nobis studeas

intimare. *[2] De balistis.* Quod autem significasti in navi curie nostre, que fuerat olim Ricc(ardi) aule nostre camerarii[1], que nuper de partibus Acon Messanam applicuit, delatas esse XXII balistas de duobus pedibus, que empte fuerunt in partibus illis de pecunia navis eiusdem, de quibus et de aliis XXVI balistis, quas dudum de pecunia curie nostre emisti, nec non de aliis XXVI balistis, que fuerunt castrorum quondam Riccardi camerarii, et aliis LX balistis, quas recepisti a magistro Symone balistario, quid fieri debeat nostrum beneplacitum postulasti, cum ammiratus postulet eas tibi: fidelitati tue mandamus, ut eas in palatio nostro Messane reponi facias et serv[ari], donec inde nostrum beneplacitum demandemus. *[3] [‹De› ex]pensis nunciorum, [qui ‹mittuntur›] ad curiam.* De expensis vero nunciorum tuorum, quos ad curiam nostram pro nostris serviciis mittere te contingit, de quibus nostrum postulasti mandatum: placet nobis et volumus, ut iuste et moderate expense, quas nunciis ipsis dedisti vel dederis ad curiam nostram a te venientibus pro necessariis serviciis nostris, in tuis debeant rationibus computari. Datum.

[a] *C St* certificavit*; He corregge in* [sig]nificavit

[1] Sul camerario Riccardo: Huillard-Bréholles, *Introduction*, p. CXLII, e Schaller, *Die Kanzlei*, I, pp. 225 ss e 231.

725 — 1240 marzo 5, Montalto di Castro

Avendo urgente necessità di denaro liquido, Federico II ordina a Simone de Capua *di raggiungerlo al più presto con tutto il denaro del fisco che ha con sé, portandosi fino a* Balbianum *ed attendendo lì ulteriori istruzioni circa le modalità di prosecuzione del viaggio.*

RF c. 80*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Martio in Monte Alto.*

Edd.: Carcani, p. 364, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 804 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 772. **Regg.**: Böhmer, n. 2870.

Relatore: *Albertus de Catania*; scrive e registra: *Gualterius de Cusentia.*

Per altre missioni di Simone *de Capua* si vedano le registrazioni 127, 568-569 e 589-590, rispettivamente del 1° novembre, 9 e 12 febbraio.

Ad Symeonem de Capua, quod veniat cum pecunia apud Balbianum.

§ Eodem die, de mandato imperiali facto per magistrum Albertum scripsit idem G(ualterius) de Cusentia Symeoni de Capua. Quia pecunia est curie nostre plurimum oportuna, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus cum tota pecunia curie nostre, quam habes, sine mora qualibet ad presenciam nostram venire festines; cum ‹autem› fueris apud Balbianum, significes nobis adventum tuum illuc, ut, per quam viam ad nos securius venire valeas, [a] nostra celsitudine instruaris. Datum. || (c. 81*r*)

726 **1240 marzo 5, Montalto di Castro**

In conseguenza della ribellione della città di Terni, Federico II ordina al capitano Andrea de Cicala *di far catturare Giovanni figlio di Leonardo* Bonicomitis *e tutti gli altri ternani che si trovano a Napoli o in altri luoghi sottoposti alla sua giurisdizione e di confiscarne i beni, comunicandogli poi sia i nomi dei prigionieri sia l'entità dei beni incamerati; tali disposizioni non dovranno però essere applicate ai ternani che si trovano nel regno per motivi di studio, i quali dovranno essere soltanto rimpatriati.*

RF c. 81*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Martio in Montealto*; poco sotto, spostato verso il margine sinistro: *V°*. In calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 364, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 805. **Trascr.**: Sthamer, p. 773. **Regg.**: Böhmer, n. 2871.

Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive e registra: *Guillelmus de Tocco*.

→ **726-727:** mandati per il capitano Andrea *de Cicala*.

§ Ad A(ndream) de Cicala capitaneum contra Teramnenses.

§ Eodem die, de mandato facto per magistrum P(etrum) de Vin(ea) scripsit G(uillelmus) de Tocco Andree de Cicala capitaneo et cetera. Quia civitas Terampnensis ad mandatum nostrum non rediit, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus diligenter facias inquiri apud Neapolim et alias ubique per partes tue iuri-

sdictioni subiectas pro inveniendo Iohanne filio Leonardi Bonicomitis et alios Teramnenses[a] et tam ipsum Iohannem quam ceteros, qui haberi poterunt, dummodo non sint scolares, de personis capi facias et teneri; omnia bona eorundem ad opus curie nostre capiendo; rescripturus curie nostre quos ceperis et que bona penes eosdem inventa fuerint et detenta. Si qui vero scolares fuerint de eadem terra, des eis licentiam, ut secure ad propria revertantur; tale super hoc studium habiturus et cetera.

[a] *Così R.*

727 **1240 marzo 5, Montalto di Castro**

Federico II ordina ad Andrea de Cicala *di attenersi alle disposizioni che gli sono state o gli verranno trasmesse verbalmente per suo conto da* G. de Verecclo*, notaio di re Enrico di Sardegna.*

RF c. 81*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Martio in Montealto*; poco sotto, spostato verso il margine sinistro: *V°*. In calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 364, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 806. **Trascr.**: Sthamer, p. 774. **Regg.**: Böhmer, n. 2872.

Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive e registra: *Guillelmus de Tocco*.

→ **726-727**

§ Ad eundem de credendo notario G. de Vereclo notario regis Henrici.

Item eidem. Per G. de Verecclo notarium dilecti filii nostri H(enrici) et cetera fidelem nostrum quedam servitia nostra verbotenus tibi duximus iniungenda, fidelitati tue [precipiendo mandantes], quatinus ea, que idem notarius et fidelis noster tibi pro parte culminis nostri dixit vel dixerit, si ad te nondum venit, cum litteras presentes receperis, firmiter credere et sine mora efficaciter studeas adimplere, ut devotionem tuam proinde merito commendemus.

728 **1240 marzo 5, Montalto di Castro**

§ Similes Guillelmo de Anglon(e) iustitiario citra et cetera, preter illud uxoris.

740 **1240 marzo 12, Viterbo**

In risposta all'arcivescovo di Palermo Berardo, Federico II gli comunica di aver sostituito il defunto Giovanni de Amato *con Giacomo* Capice *e gli ordina di convocarlo insieme al proprio figlio, della*

cui custodia detto Giacomo è stato incaricato, e di metterlo al servizio della corte dell'imperatrice.

RF c. 85*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ In Viterbio post reditum a Corneto. Marcio*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 369, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 818 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 802 s. **Regg.**: Böhmer, n. 2885.

Relatore: *Iohannes Morus*; scrive e registra: *Laurentius de Brundusio*.

→ 738-742

Giovanni *de Amato* era stato incaricato di sovrintendere alle necessità della corte dell'imperatrice, di ritorno nel regno, soltanto poco tempo prima (cfr. la lettera patente del 29 gennaio 1240 registrata al n. 480 e i mandati 598-599 del 16 febbraio con i quali Federico II diede disposizioni perché gli fosse assegnata la fortezza di Castel dell'Ovo, nella quale stava per trasferirsi l'imperatrice con il suo seguito). Al defunto Giovanni *de Amato* si fa riferimento anche nelle successive lettere 743 e 745; nella prima, in particolare, si ricorda che gli era stata affidata la custodia del palazzo di Palermo (si veda in proposito anche la missiva del 10 ottobre 1239 registrata al n. 69). L'imperatrice era giunta nel regno nel mese di febbraio, accompagnata dall'arcivescovo di Palermo, Berardo *de Castanea*; cfr. *Ryccardi de Sancto Germano notarii Chronica*, p. 205.

Qui non si specifica quale dei figli di Federico II fosse stato dato in custodia a Giacomo *Capice*, si veda però la registrazione 841 del 3 aprile nella quale si diede mandato ad Alessandro di Enrico di corrispondere a Giacomo *Capice* tutto ciò di cui avrebbe avuto bisogno per la corte dell'imperatrice Isabella e di suo figlio Federico, ovvero l'ultimogenito di Federico II, nato appunto dal suo matrimonio con Isabella d'Inghilterra.

§ Responsales B(erardo) Panormitano archiepiscopo [de] Iacobo Capize statuendo in locum Iohannis de Amato.

§ Item responsales B(erardo) venerabili Panormitano archiepiscopo dilecto familiari et fideli suo et cetera. Devotionis tue litteras et cetera. Cognito igitur obitu Iohannis de Amato ad litteras ipsas ecce quod loco eius Iacobum Capice duximus statuendum, mandantes, quatinus eundem I(acobum) cum filio nostro, cuius est custodie deputatus, ad te personaliter venire facias et eum esse in servitio curie karissime consortis nostre disponas, studens et procurans in omnibus, que commoditati eiusdem poterunt expedire; et

ecce quod universis officialibus nostris patentes litteras destinamus[1], ut ad requisitionem ipsius I(acobi) pecuniam et necessaria pro dicta curia debeant exhibere. Preterea Iacobo predicto mandamus[2], ut veniat illuc et in servitio ipso de tua dispositione moretur. Quo veniente consors nostra ire poterit ad locum predestinatum, sicut prius fuerat constitutum.

[1] Reg. 741.
[2] Reg. 742.

741 — 1240 marzo 12, Viterbo

Lettera patente con la quale Federico II ordina a tutti i suoi ufficiali di corrispondere a Giacomo Capice *il denaro e quant'altro questi riterrà necessario per la corte dell'imperatrice.*

RF c. 85*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ In Viterbio post reditum a Corneto. Marcio*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 369, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 819. **Trascr.**: Sthamer, p. 803. **Regg.**: Böhmer, n. 2886.

Relatore: *Iohannes Morus*; scrive e registra: *Laurentius de Brundusio.*

→ 738-742

Si veda pure il mandato 841 del 3 aprile (anch'esso scritto e registrato da Lorenzo *de Brundusio*) con il quale l'imperatore ordinò ad Alessandro di Enrico di provvedere alle richieste di Giacomo *Capice* per la fornitura del vestiario necessario alla corte dell'imperatrice e di quella del proprio figlio Federico.

§ Officialibus universis.

§ Item officialibus universis regni Sicilie, ut ad requisitionem dicti Iacobi statuti ad servitia curie supradicte pecuniam et necessaria ad opus ipsius curie de hiis, que sunt per manus eorum, sine aliqua difficultate curent[a] exhibere, recipientes[b] apodixam.

[a] *R* curet*, per evidente errore.* [b] *R* recipie(n)s*, per evidente errore.*

742 **1240 marzo 12, Viterbo**

Mandato diretto a Giacomo Capice *affinché si rechi dall'arcivescovo di Palermo.*

RF c. 85*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ In Viterbio post reditum a Corneto. Marcio*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 369, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 819. **Trascr.**: Sthamer, p. 803. **Regg.**: Böhmer, n. 2887.

Relatore: *Iohannes Morus*; scrive e registra: *Laurentius de Brundusio*.

→ **738-742**

Iacobo Capice.

§ Item ipsi Iacobo, quod vadat.

743 **1240 marzo 12, Viterbo**

In risposta al notaio Filippo gaito di Palermo, Federico II [1] lo approva per aver requisito alcuni beni immobili della chiesa della Trinità di Palermo che sono stati riconosciuti di pertinenza del demanio e gli chiede di fargli pervenire i privilegi in base ai quali la detta chiesa rivendicava i propri diritti, privilegi che le sono stati rilasciati da lui stesso - Federico - e da suo padre; [2] lo biasima per non aver proceduto alla revoca di una tenuta dell'ospedale di S. Giovanni dei Lebbrosi, accontentandosi della presentazione dell'estratto di un privilegio rilasciato da re Guglielmo e conservato in Terrasanta; gli ordina quindi di farsi presentare il documento originale e, in caso contrario, di considerare nullo il privilegio e requisire tutti i beni che vi sono menzionati; [3] circa la mancata revoca delle terre lavorative che la stessa chiesa possiede nei dintorni di Palermo, inoltre, e che, a detta dello stesso gaito, erano state confermate all'ospedale da re Guglielmo con un privilegio scritto in caratteri greci e arabi, gli ordina di far presentare a corte detto privilegio originale affinché egli possa decidere in merito e, comunque, di controllare accuratamente i sigilli, i fili e la scrittura di detti privilegi, di verificarne la genuinità e di farne la collazione e di comunicare poi alla corte i risultati dettagliati di tale analisi; [4] approva il suo operato in merito alla revoca dei beni

immobili che l'ospedale possedeva a titolo di oblazione o di acquisto, ma per i quali non ha presentato i titoli di proprietà richiesti entro i termini fissati, e quanto sta facendo nei confronti dell'ospedale di S. Giovanni situato fuori porta Sant'Agata; lo informa di aver ordinato [5] al secreto di Palermo di prestargli aiuto e collaborazione, [6] e a Guglielmo de Amato *di mostrargli i registri contabili del suo predecessore Matteo (conservati nel palazzo di Palermo sotto il sigillo del castellano Giovanni* de Amato*) e, nel caso, di fargliene avere una copia, visto che la loro consultazione gli è necessaria per poter recuperare somme non ancora riscosse, [7] e ancora al secreto di procedere alla verifica contabile della sua amministrazione sia per l'anno in corso che per il precedente; [8] gli chiede infine di comunicargli per iscritto quanto, in accordo con il secreto, riterrà più opportuno fare* de piperiis.

RF c. 85*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *In Viterbio post reditum a Corneto. Marcio*; in calce firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 369 s, da cui Huillard-Bréholles, V, pp. 819-821. **Trascr.**: Sthamer, pp. 804-808. **Regg.**: Böhmer, n. 2888.

Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive e registra: *Guillelmus de Tocco*.

→ **743-745:** oltre a essere state redatte da un unico notaio a seguito dello stesso mandato trasmesso dal medesimo relatore, le tre lettere sono in vario modo in relazione tra di loro: fulcro dell'intero gruppo è la lettera di risposta indirizzata al gaito di Palermo, alla quale si connettono direttamente i mandati per il secreto Oberto *Fallamonacha* e per Guglielmo *de Amato.*

Le note relative ai diversi argomenti trattati nella lettera sono poste al margine sinistro della carta.

§ Ad notarium P[hilippum gay]tum Pan[ormi responsales][a].

§ Eodem die, de mandato facto per magistrum P(etrum) de Vin(ea) scripsit G(uillelmus) de Tocco notario Philippo gayto Panormi. Benigne receptis tue fidelitatis litteris et ipsarum tenore cognito, ecce tibi ad singula respondemus. *[1] [De] rebus [revoca]tis i(n) [Sicilia] ecclesie [Sancte Tr]initatis.* Primo quod ab ecclesia Sancte Trinitatis de Panormo, cognito iure curie nostre et invento iure ecclesie defectivo, vineam, quam plantaverat in flumine Abbes[1], piscariam, quam faciebat in ipso flumine, barbacanum extra portam Thermarum Panormi et aliud barbacanum intra menia civitatis,

quod in iardino suo ecclesia ipsa concluser[at][b], ad manus nostre curie revocasti: placet nobis. Privilegia vero nostra et divi augusti patris nostri, que, sicut scribis, in rationibus ipsius ecclesie repperisti, quorum auctoritate contenta in eis parti ecclesie dimisisti, curie nostre ea volumus presentari. *[2] [De] hospitali Sancti Iohannis [infir]morum.* De tenimento hospitalis[c] Sancti Iohannis infirmorum, unde ecclesia non ostendit nisi notulam unam privilegii, [quod se] dicit habere a rege G(uillelmo) indultum[d], quod dicitur esse in partibus ultramarinis, cuius tenore revocationem distulisti, propterea quod in quodam privil[egio] nostro eidem ecclesie indulto continetur [confirm]atio dicti regis G(uillelmi) privilegii, quia parti ecclesie certum terminum non dedisti, quo ipsum privilegium auten[ticum] presentaret, digne redarguimus processum tuum. Mandamus ergo fidelitati tue, quatinus terminum peremtorium competentem tribuas eidem ecclesie, quo ipsum [autenticum privilegium][e] nostre curie representet. Si vero non fuerit presentatum in termino, quicquid in eodem dicitur contineri ad manus curie nostre revoc[es, tamquam si nu]llum privilegium p[redicte] ecclesie sit ‹indultum›. Nam si presentatum documentum mentionem contineat alterius documenti, edi debet illud, de quo [‹...› facit][f] mentionem. *[3] De terris laboratoriis eiusdem ecclesie.* De terris laboratoriis, quas eadem ecclesia habet, sicut scribis, in circuitu Panormi, emtas quondam per cancellarium M.[2], [sicut scribi]s, firmatas fuisse eidem hospitali per quoddam privilegium regis G(uillelmi) grecum et sarracen(icum), et ideo ad revocationem eorum procedere [di‹stulisti›, mandamus][g] fidelitati tue, ut ipsum autenticum privilegium curie nostre certo termino precipias presentari, ut de ipsius et aliorum privilegiorum tenore [‹maiestatis› nostre inde[h]] bene[placitum][i] iniungamus. Nichilominus tamen volumus, ut diligenter inquiras de bullis, filis et litteris predictorum privilegiorum, si‹...›[j] vera et carentia vitio videantur, de eis etiam conlationem facias diligentem et, quid inde inveneris sub sigillo t‹uo significes nostre› curie ‹seriatim›. *[4] De stabilibus emtis vel oblatis hospitali.* De stabilibus vero, que hospitale oblationum vel emtionum titulo possidebat, que, dato per te termino et transacto vende‹... et ad›[k] nostram curiam revocasti: placet nostre excellentie quod fecisti. Illud idem etiam respondemus de eo, quod de hospitali Sancti Iohannis extra portam Sancte Ag(athes) [dicto per][l] totum mensem

februarii proximo preteritum te facturum tuis litteris intimasti. *[5] De capitulis missis eidem a curia.* De capitulis a nostra tibi magestate transmissis, q‹uorum aliqua perfece›ras, sicut scribis, et quedam dicis te non posse perficere sine consilio secreti: ecce eidem secreto mandamus[3], ut tibi in hiis pro servi[tiis nostri]s assistat consilio et favore. *[6] De residuo gayti M(athei) quondam.* De residuo gayti quondam Mathei predecessoris tui, quod dicis non posse recolligi sine quaternionibus ‹ipsius gayti› M(athei), qui sunt in palatio nostro sub custodia G(uillelmi) de Amato sigillati sigillo I(ohannis) de Amato castellani eiusdem palatii, ecce scribimus[4] eidem G(uillelmo) de Amato[m] fideli nostro, ut quaternos ipsos tibi faciat ostendi et, si expedierit, exemplari, cautela adhibita, quod fideliter ostend[entur] et exemplentur. *[7] De ratione ipsius reddenda secreto.* De ratione tua reddenda de officio tuo secreto pro preterito tempore et futuro presentis indictionis: placet nobis quod coram eo ponas et eidem mandamus[5] quod a te recipiat rationem de anno etiam proxime preterito XII indictionis. *[8] De piperiis.* De piperiis vero placet nobis, ut, quid inde faciendum videris de consilio ipsius secreti scribas nobis quod pro curia nostra melius fuerit faciendum. Datum. | (c. 85*v*)

[a] *C omette il passo finale* gaytum Panormi responsales [b] *C HB* exclusa*; St* inclusit*; He corregge in* concluser[at] [c] hospitalis *corretto su* Ioh(ann)is [d] *R* indulto [e] autenticum privilegium *in St; C HB* privilegium regis G [f] *Lacuna per circa 8 lettere: C HB* de quo facit *senza segnalare la lacuna.* [g] distulisti mandamus *in C HB St (quest'ultimo in parziale integrazione sulla base di C), ma l'estensione della lacuna (circa 14 lettere) autorizza a ipotizzare una frase più articolata, del tipo* distulisti, precipiendo mandamus *(o anche* precipimus et mandamus*).* [h] inde *in St; C HB omettono.* [i] *C HB* beneplacitum voluntatis [j] *Lacuna per circa 18 lettere: C HB* sigilla etiam si*; He ipotizza una parziale integrazione della lacuna col termine* privilegia [k] *Lacuna per circa 15 lettere:* vende[... et ad] *in St; C HB* vendere presumebat ad [l] dicto per *in St; C HB omettono* dicto [m] Amato *nell'interlineo.*

[1] Si tratta del fiume Oreto, chiamato Wadi Abbas (ossia "fiume grande") in arabo (cfr. De Seta, Di Mauro, *Palermo*, p. 25).

[2] È dubbia l'identificazione di questo cancelliere; l'iniziale M può infatti essere ugualmente riferita a due personaggi che ricoprirono tale carica e che ebbero un ruolo di primo piano alla corte normanna negli anni Cinquanta e Sessanta del XII secolo: Maione di Bari e il suo fidato collaboratore e successore Matteo d'Aiello. Su entrambi si veda Tramontana, *La monarchia normanna e sveva*, pp. 185 ss (per Maione) e pp. 189, 192, 194 s, 201, 205, 212 ss (per Matteo d'Aiello).

[3] Reg. 744.

[4] Reg. 745.

[5] Reg. 744.

744 **1240 marzo 12, Viterbo**

Federico II ordina a Oberto Fallamonacha *di prestare al gaito di Palermo, Filippo, tutto l'aiuto che gli chiederà e di cui avrà bisogno per svolgere gli incarichi che gli sono stati affidati. Gli dà inoltre mandato di procedere alla verifica contabile dell'amministrazione dello stesso Filippo.*

RF c. 85*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *[Marcio. Viterbii]*.

Edd.: Carcani, p. 370, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 821 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 809. **Regg.**: Böhmer, n. 2889.

Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive e registra: *Guillelmus de Tocco*.

→ **743-745**

[Oberto Fallamonacha secreto] Panormi de [aliqui]bus[a] *capitulis.*

§ [Eodem] die. De eodem mandato scripsit idem Oberto Fallam(onacha) secreto Panormi. Significavit excellentie nostre notarius Philippus gaytus Panormi fidelis noster quod super quibusdam capitulis dudum sibi a nostra celsitudine destinatis tuum sit ei auxilium et consilium oportunum, quia, cum quedam peregerit, quedam commode non[b] potest peragere, nisi tuo auxilio mediante. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus, in quibuscumque negotiis ad nostrum servitium spectantibus consilium et auxilium tuum idem gaytus duxerit requirendum, tu ei studeas exhibere. Volumus etiam et mandamus fidelitati tue, ut rationem ab ipso gayto de anno proxime preterite XII[e] indictionis, unde rationem non posuit, de preterito etiam et futuro presentis XIII[e] indictionis exigere debeas et recipere pro parte curie nostre, diligenti in ea adhibito studio pro iuribus nostre curie conservandis, ut studium tuum et cetera. Ipsi enim gayto litteris nostris iniungimus[1], ut coram te ponere debeat rationem.

[a] aliquibus *in St; C* super quibusdam *in luogo di* de aliquibus [b] -o *corretta su* p

[1] Reg. 743 [7].

745 **1240 marzo 12, Viterbo**

Non potendo il gaito di Palermo, Filippo, procedere all'esazione di quanto non ancora riscosso dal suo predecessore Matteo senza prendere visione dei registri contabili di quest'ultimo che sono conservati nel palazzo di Palermo sotto il sigillo del defunto Giovanni de Amato*, Federico II ordina a Guglielmo* de Amato*, fratello del defunto nonché attuale custode dei registri, di mostrarglieli e, nel caso, di farne redigere una copia, avendo cura che sia effettuata fedelmente e che, una volta eseguita, gli originali vengano nuovamente posti sotto debita custodia.*

RF c. 85*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *[Marcio. Viterbii]*.
Edd.: Carcani, p. 370, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 822. **Trascr.**: Sthamer, p. 810. **Regg.**: Böhmer, n. 2890.
Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive e registra: *Guillelmus de Tocco*.

→ **743-745**

Guillelmo de Amato pro ostendendis seu [exem]plandis quaternionibus quondam gayti M(athei) de Panormo.

§ Item ad Guillelmum de Amato. Significavit excellentie nostre notarius Philippus gaytus Panormi fidelis noster quod residuum gayti quondam Mathei predecessoris sui recoligere[a] non potest, nisi quaterniones sui ostendantur eidem, qui sunt in palatio nostro Panormi in custodia tua, sub sigillo Io(hannis) de Amato quondam fratris tui fidelis nostri. Unde, cum nolimus, ut propter hoc recollectio ipsius residui retardetur, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus quaterniones ipsos eidem notario Philippo inspiciendos ostendas et, si expedierit, facias exemplari; cautela tamen diligenti adhibita in presentia fidelium virorum, quod fideliter legantur et, si expedierit, exemplentur; quo diligenter peracto sub bona custodia et cautela debita reponantur.

[a] *Così R.*

746 **1240 marzo 12, Viterbo**

In risposta a Severino de Calataphimo*, Federico II [1] gli ordina di consegnare il tale di nome* G. de Naro *(che, accusato da un certo*

Flachia *di aver trovato nel casale denominato* Ciniana *un recipiente pieno di monete d'argento, ha prima ammesso il ritrovamento e poi ritrattato) al giustiziere Ruggero* de Amicis*, affinché questi possa interrogarlo e venire a capo della vicenda, anche ricorrendo alla tortura; lo informa [2] che sono giunti a corte gli atti relativi alla consegna da lui fatta al castellano di Calatafimi delle armi del defunto camerlengo che si trovavano presso Pietro* Marillianus*, e [3] di aver dato disposizioni al secreto di Palermo affinché prenda in consegna da lui i beni che ha provveduto a requisire ai balivi a causa della mancata corresponsione da parte loro del denaro dovuto al fisco (beni che, a detta dello stesso Severino, valgono il doppio di quanto essi debbono pagare) e nel contempo gli ordina di fargli sapere comunque sia i nomi dei debitori sia il valore dei beni requisiti a ognuno; [4] gli ordina di consegnare, se non ha già provveduto a farlo, le 1.000 once d'oro delle baiolazioni al giudice Giacomo* de Capua*, che è stato incaricato della raccolta del denaro presso gli ufficiali siciliani; [5] lo approva per aver consegnato allo scudiero* R. de Nicolao *le tre giumente appartenute a Ruggero* de Calvellis *e ritrovate ad Agrigento presso Strina* Pisanus*, e gli ordina di indagare in merito alle altre quattro giumente che il detto Ruggero afferma di aver restituito ai rispettivi padroni prima di lasciare la Sicilia e di appurare se esse sono state effettivamente restituite ai proprietari nonché per quanto tempo e per quali scopi Ruggero le aveva trattenute, inviando poi alla corte una relazione scritta e sigillata; [6] lo loda per aver eseguito i suoi ordini consegnando al* magister pariclorum P. de Gerentia *i dieci buoi appartenuti allo stesso Ruggero e, infine, gli ordina di far consegnare al secreto di Palermo tutte le pecore appartenenti alle greggi di Ruggero* de Calvellis *che è riuscito a ritrovare.*

RF c. 85*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *[Marcio. Viterbii]*.
Edd.: Carcani, p. 370 s, da cui Huillard-Bréholles, V, pp. 822-824. **Trascr.**: Sthamer, pp. 811-813. **Regg.**: Böhmer, n. 2891.
Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive e registra: *Guillelmus de Tocco*.

→ **746-748:** oltre a essere state tutte redatte da Guglielmo *de Tocco* a seguito dello stesso mandato trasmesso da Pietro *de Vinea*, le tre lettere sono in vario modo correlate tra loro: fulcro dell'intero gruppo è la lettera di risposta indirizzata a Severino *de Calataphimo*; i mandati per Ruggero

de Amicis e per Oberto *Fallamonacha* si riallacciano direttamente ai punti 1, 3 e 6 di essa, dove peraltro viene già annunciata la loro spedizione.

Le note relative ai diversi argomenti trattati nella lettera sono poste al margine sinistro della carta.

[Responsales] ad Severinum [de C]alataphimo.

§ Item ad Severinum de Calataphimo responsales. *[1] [De] G. de Naro assignan[do iustitiario], qui dicebatur [in]venisse languenam [de] pecunia argenti.* Benigne receptis fidelitatis tue litteris et plenius intellectis hiis, que de processu habito coram te inter Flachiam incusantem G. de Naro, quod languenam plenam monete argenti invenisset in casali, quod dicitur Ciniana, et eundem G., qui manifestavit tibi, sicut scripsisti, se ipsum thesaurum invenisse in loco predicto, qui sciens postmodum te amotum ab officio nostro dixit quod non fuit ita, sicut tibi manifestaverat: ecce scribimus R(ogerio) de Amicis[1] [et cetera], ut G. ipsum a te recipiat et, quia fraudem eius ostendit evidens coniectura, ipsum subdi faciat questioni, ut sub tormentis eruatur veritas, que per malitiam occultatur. Tu igitur eundem G. eidem iustitiario nostro assignes, ut officium suum exerceat in eundem. Capitula etiam tuis litteris interclusa perspeximus et ecce tibi ad omnia respondemus. *[2] De armis quondam [camerarii].* Primo de armis quondam camerarii, que habebat Petrus Marillian(us) et recepisti ab eo et ea assignasti castellano nostro Calataphimi s[ecundum a]ctum, quod inde misisti, curia nostra recepit. *[3] [De] possessionibus baiulorum [assigna]tis ad opus [curie].* De possessionibus baiulorum, quas pro residuo baiulationum, quas emerant, cum pecuniam debitam curie nostre non solverent, ad opus nostrum cepisti ab eis, que valent, sicut scripsisti, ad duplum, quam nostre curie tenebantur: ecce scribimus secreto Panormi[2] fideli nostro, ut ipsas a te recipiat et ad opus nostrum faciat procurari. Nichilominus tamen quantitatem et nomina debitorum, et quid valeat, quod ab unoquoque acceperis, nobis significes seriatim. *[4] [‹De M› unciis] assignandis [‹iudici› Iacobo] de Capua.* De pecunia proventuum baiulationum, silicet sexcentis unciis auri, quas dicis esse penes te et recolegisti[a] de residuo baiulationum ipsarum uncias quadringentas, que omnes una sunt mille, de quibus, quid velimus te [facere], nostrum beneplacitum quesivisti, manda-

mus fidelitati tue, quatinus, si, cum presentes litteras receperis, non assignasti eas iudici Iacobo de C[apua fideli nostro], quem pro recolligenda pecunia ab officialibus nostris in Siciliam duximus transmittendum, tu ipsas M [uncias eidem] iudici Iacobo ad opus curie nostre debeas sine mora qualibet assignare. *[5] De iumentis R(ogerii) de Calvellis.* De tribus iumentis, que fuerunt R(ogerii) [de Calvelli]s, inventis apud Acrigentum sub custodia Strine Pisani, que assignasti, sicut scripsisti, R. de [Ni]col[ao scuterio ma]restalle nostre: placet nobis quod fecisti. De quatuor iumentis, que, sicut scripsisti, dictus R(ogerius) de Calvellis [dicit] restituisse dominis eorum, antequam discederet de Sicilia, per te veritatem inquiri volumus, si verum est [quod resti]tuerit eorum dominis, et quanto tempore eadem iumenta detinuit, et pro qua causa ipsa accepit; et quod inveneris sub sigillo tuo ad curiam nostram mittas. *[6] [De bubus] eiusdem R(ogerii).* De X bubus, qui fuerunt eiusdem R(ogerii), assignatis per te iuxta mandatum nostrum P. de Gerentia magistro pariclorum: acceptamus quod fecisti. De ovibus eiusdem R(ogerii), quas invenisti per manus ..[b] de Placia inter magnas et parvas DCCLXXXX et per manus Gufulonis Sarraceni inter magnas et parvas DCCV, sicut scripsisti, et dari fecisti eas ad cabellam, prout alie oves curie nostre dari consueverunt: acceptamus quod inde ad utilitatem curie nostre fecisti et mandamus fidelitati tue, ut omnes ipsas oves secreto Panormi fideli nostro facias assignari, cui mandamus per nostras licteras[3], ut ipsas a te recipiat et cum diligentia debita faciat procurari.

[a] *Così R.* [b] *Il nome è omesso e sostitutito dal* gemi punctus *(v. anche reg.748 [2]); HB* M.

[1] Reg. 747.
[2] Reg. 748 [1].
[3] Reg. 748 [2].

747 — 1240 marzo 12, Viterbo

Mandato diretto al giustiziere Ruggero de Amicis *affinché prenda in consegna da Severino* de Calataphimo *il suddetto* G. de Naro *e lo costringa a dire la verità sottoponendolo a tortura.*

RF c. 85*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *[Marcio. Viterbii]*.

Edd.: Carcani, p. 371, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 824. **Trascr.**: Sthamer, p. 814 s. **Regg.**: Böhmer, n. 2892.

Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive e registra: *Guillelmus de Tocco*.

→ **746-748**

§ Ad R(ogerium) de Amicis iustitiarium, ut exerceat [o]ff[ici]um suum in G. de Naro.

§ Item R(ogerio) de Amicis iustitiario, ut ab ipso Severino dictum G. de Naro[1] recipiat et in eo exerceat officium suum, ut in tormentis eruatur veritas, que per ipsius malitiam occultatur. || (c. 86*r*)

[1] Cfr. reg. 746 [1].

748 **1240 marzo 12, Viterbo**

Federico II ordina al secreto di Palermo Oberto Fallamonacha *[1] di prendere in consegna e amministrare i beni che Severino* de Calataphimo *ha sequestrato ad alcuni balivi insolventi (consistenti in case e vigne del doppio del valore del denaro da essi dovuto alla corte), [2] nonché di farsi consegnare dallo stesso Severino le greggi da lui rinvenute ad Agrigento e appartenute all'ex giustiziere di Sicilia Ruggero* de Calvellis*, e di occuparsi della loro gestione, provvedendo anche a effettuare la verifica contabile dei proventi ricavati nel frattempo.*

RF c. 86*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Marcio in Viterbio*; in calce firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 371 s, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 824 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 816 s. **Regg.**: Böhmer, n. 2893.

Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive e registra: *Guillelmus de Tocco*.

→ **746-748**

Le note relative ai diversi argomenti trattati nella lettera sono poste al margine sinistro della carta.

§ Oberto Fallamon(acha) secreto Panormi.

§ Eodem die, de eodem mandato Oberto Fallamon(acha) secreto Panormi. *[1] De possessionibus baiulorum receptis ad opus*

curie. Significavit excellentie nostre Severinus de Calataphimo fidelis noster quod, cum quidam baiuli pro residuo baiulatio[num], quas emerant, tenerentur solvere quandam pecunie quantitatem, quasdam possessiones eorum, domos videlicet et vineas, pro pecunia ipsa ad opus curie nostre recepit ab eis valentes ad duplum, quam solvere tenerentur. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus domos et vineas ipsas ad opus nostrum capias et cum diligentia debita facias procurari; provisurus diligenter, si de possessionibus ipsis in quantitate curie nostre debita non sit ab ipsis baiulis idonee satisfactum, facias, ut in eis nostra curia non fraudetur. *[2] De ovibus R(ogerii) de Calvellis quondam magistri iustitiarii.* Significavit insuper nobis quod de ovibus, que fuerunt R(ogerii) de Calvellis quondam magistri iustitiarii in Sicilia et cetera invenit per manus ..[a] de Placia inter oves magnas et parvas DCCLXXXX et per manus Gefulonis Sarraceni in Agrigento inter magnas et parvas DCCV, quas fecit dari ad cabellam, prout alie oves curie nostre dari consueverunt. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus oves ipsas omnes ad opus nostrum recipias et cum debita diligentia facias procurari; rationem de fructibus seu cabella preteriti temporis recepturus, ne in eis curia nostra fraudetur. Datum.

[a] *Il nome è omesso e sostituito dal* gemi puntus *anche nella registrazione 746 [6]: HB* M.

749 **1240 marzo 12, Viterbo**

Federico II comunica al secreto di Messina Maggiore de Plancatone *di aver ricevuto da parte di Oberto* Commenalis *di Augusta, latore della lettera, e del suo socio* Buctarus *la richiesta di autorizzazione a scavare nei dintorni di Augusta dove i due sperano di rinvenire qualcosa di prezioso; gli ordina pertanto, nella speranza di poterne trarre qualche profitto, di consentire ai suddetti Oberto e* Buctarus *di svolgere le ricerche a loro spese senza opporre alcun ostacolo (affiancandogli tuttavia due uomini ricchi e fidati che seguano i lavori) e di comunicargliene quindi l'esito.*

RF c. 86*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Marcio in Viterbio*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 372, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 825. **Trascr.**: Sthamer, p. 818 s. **Regg.**: Böhmer, n. 2894.

Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive e registra: *Petrus de Capua*[1].

Littere ad Maiorem de Plancatone pro Oberto Commenal(is) et socio.

§ XII° eiusdem ibidem, de mandato imperiali facto per magistrum P(etrum) de Vinea scripsit P(etrus) de Capua ad Maiorem de Plancatone secretum. Accedens ad[a] presentiam nostram Obertus Commenal(is) de Augusta l(ator) p(resentium) fidelis noster pro parte sua et Buctari socii sui de eadem terra nostre proposuit maiestati quod in partibus Auguste sunt loca, in quibus sperat firmiter inventiones maximas invenire, si nos sibi daremus licentiam fodendi in partibus ipsis sine contradictione vel molestia alicuius. Nos autem sperantes inde habere posse proficuum, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus in locis, que ipsi decreverint, partium predictarum eosdem absque impedimento alicuius permittas fodere suis laboribus et expensis, eligens nichilominus duos viros providos divites et fideles, qui cum eis pro parte curie nostre morentur, ut principia huius rei videant et eventus, per quos etiam certus de singulis omnia scribas nobis, omne studium et diligentiam habiturus et cetera.

[a] -d *corretta su* p

750 — 1240 marzo 12, Viterbo

Mandato di pagamento indirizzato ad Angelo de Marra *a beneficio del mercante romano Blasio e del suo socio per l'interesse residuo di un prestito già parzialmente saldato per ordine dei presuli di Capua e di Ravello.*

RF c. 86*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Marcio in Viterbio*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 372, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 826 (che assegna il documento al 13 marzo). **Trascr.**: Sthamer, p. 820. **Regg.**: Böhmer, n. 2895 (che assegna il documento al 13 marzo).

Relatore: *Albertus de Catania*; scrive e registra: *Iohannes de Ydronto*.

Una nota aggiunta di seguito alla registrazione dallo stesso Giovanni *de Ydronto* avverte che il mandato fu redatto nella medesima forma di quelli già spediti ad Angelo *de Marra* il 3 febbraio da Foligno (cfr. regg. 509 e 510). Con tale avvertenza il notaio si risparmiò l'onere di riprodurre il testo della lettera, limitandosi a darne un semplice regesto, e ugualmente fece due giorni dopo nel registrare il mandato 766 (v.).

Angelo de Marra pro Blasio mercatore pro dampnis et interesse.

§ Eodem die, de mandato imperiali facto per magistrum Albertum scripsit Io(hannes) de Ydronto Angelo de Marra[a], ut faciat rationem de quantitate temporis elapsi et residuo, [quod] Blasius mercator Romanus dicit se debere habere pro se et socio pro dampnis et interesse ra[tione] mutui, quod idem Angelus cum quadam parte dampnorum et interesse ipsis restituit de mandato familiarium Capuani et Ravellensis.

Facte sunt presentes secundum formam aliarum, que scrip[te sunt] tercio februarii in Fulineo[1].

[a] *Il nome* Ang(e)lo d(e) Marr(a) *sottolineato in un secondo tempo con un tratto di penna continuo.*

[1] Cfr. regg. 509 e 510.

751 — 1240 marzo 13, Viterbo

Federico II comunica a Crescio Amalfitanus *di aver ricevuto gli atti dell'inchiesta svolta nei confronti di Rinaldo* de Transaquis.

RF c. 86*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Marcio in Viterbio*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 372, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 826. **Trascr.**: Sthamer, p. 821. **Regg.**: Böhmer, n. 2896.

Relatore: *Taddeus de Suessa*; scrive e registra: *Petrus de Capua*[1].

Responsales ad Criscium Amalfitanum.

§ XIII° marcii ibidem, de mandato imperiali facto per magistrum T(addeum) de Suessa scripsit P(etrus) de Capua responsales ad Criscium Amalfitanum. Inquisitionem Raynaldi de Transaquis

de mandato nostro[1] per te factam, quam per latorem presentium nostro culmini destinasti, excellentia nostra recepit et tuum exinde studium commendamus, fidelitati tue mandantes, quatinus super omnibus serviciis nostris tibi commissis sic studiosus intendas, ut et cetera[a]. | (c. 86*v*)

[a] *La restante parte della carta è stata lasciata in bianco per lo spazio di circa 4 righe ed è stata quindi cassata con 2 linee oblique parallele.*

[1] Reg. 142.

752 — 1240 marzo 13, Viterbo

In risposta al giustiziere d'Abruzzo Boemondo Pissonus*, Federico II gli ordina [1] di allargare la zona di reclutamento in modo da riuscire comunque ad arruolare e armare adeguatamente (nonostante le difficoltà incontrate finora) gli otto cavalieri e la guarnigione di duecento uomini da inviare al capitano Giacomo* de Morra*, [2] di far sì che gli abitanti di Città di Sant'Angelo si distribuiscano sul territorio della città in modo da dar vita a tre casali, [3] di esigere la colletta da chierici ed ecclesiastici tenendo conto delle possibilità di ciascuno ma facendo comunque in modo che il gettito totale non sia inferiore a quello della colletta dell'anno precedente; [4] lo approva per aver provveduto, in accordo con il provveditore ai castelli Giovanni* de Raymo*, a rimuovere il castellano di Casoli (il quale a causa della sua malattia non era più idoneo al compito affidatogli) e tuttavia lo biasima per averlo sostituito senza attendere il suo consenso e senza comunicargli né il nome né la provenienza del sostituto, per cui gli ordina di farlo immediatamente; [5] gli dà infine mandato di procedere immediatamente alla riscossione dell'imposta, come già gli è stato ordinato di fare, e di conservare il denaro presso il castello di Antrodoco fino a nuovo ordine, nonché di far assegnare a re Enrico di Sardegna la somma per la quale ha già ricevuto istruzioni.*

RF c. 86*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *[Marcio in Viterbio]*.

Edd.: Carcani, p. 372 s, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 827 s. **Trascr.**: Sthamer, pp. 822-825. **Regg.**: Böhmer, n. 2897.

Relatore: *Taddeus de Suessa*; scrive e registra: *Gualterius de Cusentia*.

→ **752-754:** oltre a essere state tutte redatte dallo stesso notaio a seguito del medesimo mandato trasmesso da Taddeo *de Suessa*, le tre lettere sono correlate tra loro per alcuni degli argomenti trattati. Fulcro dell'intero gruppo è la lettera di risposta indirizzata al giustiziere d'Abruzzo (reg. 752); al quarto punto di essa si riallacciano i mandati per Giovanni *de Raymo* (reg. 753) e per il castellano Pietro (reg. 754).

Al margine sinistro della registrazione, di seguito alla nota relativa all'argomento del quarto punto trattato nella lettera, annotazione di mano più tarda: *Ioanne de Raymo [pro]visore castrorum.*

Le note relative ai diversi argomenti trattati nella lettera sono poste al margine sinistro della carta.

Ad [B(oamundum)] Pissonum iu[stitiarium A]prutii responsales.

XIII, de imperiali mandato facto per magistrum Taddeum de Suessa scripsit G(ualterius) de Cusentia B(oamundo) Pissono iustitiario Aprutii responsales. Litteras fidelitatis tue et cetera. *[1] ‹De militibus› et peditibus mittendis ad [Iacobum] de Morra.* De militibus autem octo et ducentis peditibus, quos dudum per te ad Iacobum de Morra capitaneum in Ducatu fidelem nostrum pro nostris serviciis de partibus iurisditionis tue mitti mandavimus[1], pro quibus, sicut scripsisti, licet persone inveniantur in iurisditione tua, arma decentia ibidem inveniri non possint: volumus, ut mittas etiam per alias partes, ubicumque sic armati poterunt inveniri, ita quod predicta quantitas militum et peditum bene munita armis, sicut tibi mandavimus, per te ad predictum Iacobum de Morra mittatur. *[2] [De locan]dis hominibus [Civita]tis Sancti Angeli.* Quod autem nostram excellentiam consultasti, ubi et in quibus locis velimus homines Civitatis Sancti Angeli ad habitandum locari: volumus et mandamus, ut eos in territorio predicte terre Sancti Angeli loces, faciens ex eis tria casalia, ubi commodius et decentius videris pro nostra curia expedire[2]. *[3] De collecta clericorum [et] ecclesiarum.* De collecta vero a clericis et ecclesiis iurisditionis tue exigenda, de cuius forma et quantitate quesisti, mandamus, ut consideratis posse et facultatibus singulorum requiras et exigas ab eisdem, prout melius expedire videris pro curia nostra, ita tamen, quod quantitas, que anno preterito fuit eis imposita, hoc anno per te recolligatur ab

eis. *[4] De Petro archiepiscopi [Ru]ssanensis castellano Casuli.* De Petro archiepiscopi Russanensis, qui de mandato nostro erat castellanus in castro nostro Casuli constitutus et, quia inutilis et insufficiens erat ibidem propter infirmitatem continuam, qua laborat, tu una cum Iohanne de Raymo provisore castrorum nostrorum ipsarum partium eundem castellanum necessario amovisti, ex quo sic inutilis et insufficens erat ibi: placet nobis quod ammovisti eundem. Miramur tamen et te in hoc redarguimus non indigne quod, cum scripseris te alium sustituisse ibidem, quod et sine conscientia nostra facere non debueras, nomen eius et unde sit nostre nequaquam excellentie nunciasti. Significa igitur nomen substituti et de quo loco fuerit nobis, et tunc quid de eo nobis placuerit rescribemus. De cetero sic negligenter in talibus non procedas. Et ecce quod predicto Petro archiepiscopi, qui de recedendo nostrum expectat mandatum, litteras mittimus[3], quod recedat. *[5] De pecunia collecte.* De pecunia vero presentis collecte, super qua recolligenda et mittenda ac assignanda diversa te asseris recepisse a nostra maiestate mandata, quibus, cum videaris quodammodo perplexus, instrui diligentius requisisti: mandamus, ut, quamvis super hoc diversa mandata[a] receperis, sicut scribis, cum ex qualitate negotiorum quandoque mandatorum varietas habeat provenire, tu pecuniam collecte ipsius instanter recolligas et, sicut dudum tibi mandavimus[4], in castro nostro Introduci reponi facias recollectam et ibidem servari, donec de ea, quod placuerit, iniungamus. Tu vero super hoc tantam curam adhibeas, ut apud nos commendabilis appareas ex effectu. Pecuniam vero, quam Herrico illustri regi Turrium et Gallure et cetera pro nostris servitiis exequendis per te de predicta pecunia mandavimus[5] assignandam, sibi sine defectu facias assignari. Datum.

[a] *R ripete* ma(n)data

[1] Reg. 595.
[2] Si veda al riguardo la registrazione 256 del 15 dicembre 1239, dove Federico II comunicava al giustiziere d'Abruzzo la sua decisione di far distruggere l'abitato di Città di Sant'Angelo.
[3] Reg. 754.
[4] Reg. 538.
[5] Reg. 716.

753 **1240 marzo 13, Viterbo**

Pur approvandolo per aver provveduto, in accordo col giustiziere d'Abruzzo Boemondo Pissonus*, a rimuovere il castellano di Casoli, Pietro* archiepiscopi Russanensis*, che a causa della sua infermità non era più idoneo al compito affidatogli, Federico II biasima il provveditore ai castelli Giovanni* de Raymo *per averlo sostituito senza attendere il suo consenso e senza peraltro comunicargli né il nome né la provenienza del sostituto; gli ordina quindi di farlo immediatamente e gli comunica altresì che scriverà al suddetto Pietro affinché receda dall'incarico.*

RF c. 86*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *[Marcio in Viterbio]*.

Edd.: Carcani, p. 373, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 828 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 826 s. **Regg.**: Böhmer, n. 2898.

Relatore: *Taddeus de Suessa*; scrive e registra: *Gualterius de Cusentia*.

→ **752-754**

[‹Ad Io›hanne]m de Raymo ‹provisorem› castrorum in Apru‹tio› de castro ‹Casuli›.

§ Item scripsit Iohanni de Raymo de Capua provisori castrorum in Aprucio. Benigne recepimus et cetera. De Petro autem archiepiscopi Russanensis, qui de mandato nostro erat castellanus in castro nostro Casuli constitutus, quem, cum inutilem et insufficientem ad hoc inveneris, ut scripsisti, propter gravem et continuam infirmitatem, quam patitur, una cum B(oamundo) Pissono iustitiario Aprucii amovisti, ex quo sic inutilis et insufficiens erat ibi, placet nobis. Miramur tamen et te redarguimus non indigne quod, cum scripseris te alium substituisse ibidem, quod et sine conscientia nostra facere non debueras, nomen eius et unde sit nostre nequaquam excellentie nunciasti. Significa igitur nomen eius et de[a] quo loco fuerit nobis, et tunc quid de eo nobis placuerit rescribemus. Et de cetero sic negligenter in talibus non procedas. Et ecce quod predicto Petro, qui de recedendo nostrum expectat mandatum, litteras mittimus[1], quod recedat. Datum. || (c. 87*r*)

[a] *Segue una lettera dilavata.*

[1] Reg. 754.

754 **1240 marzo 13, Viterbo**

Avendo appreso dal giustiziere e dal provveditore ai castelli d'Abruzzo che hanno provveduto a sostituirlo nella custodia del castello di Casoli a causa della sua infermità e che, nonostante ciò, lui si rifiuta di abbandonare il mandato senza uno speciale ordine sovrano, Federico II ordina a Pietro archiepiscopi Russanensis *di recedere dall'incarico.*

RF c. 87*r* (R). Al centro del margine superiore della carta*: Marcio in Viterbio*; in calce firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 373, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 829. **Trascr.**: Sthamer, p. 828. **Regg.**: Böhmer, n. 2899.

Relatore: *Taddeus de Suessa*; scrive e registra: *Gualterius de Cusentia.*

→ 752-754

Ad Petrum archiepiscopi Russanensis, quod recedat de castro Casuli.

XIII°. Item scripsit Petro archiepiscopi Russanesis. Significantibus nobis B(oamundo) Pissono iustitiario Aprutii et Iohanne de Raymo de Capua provisore castrorum nostrorum in partibus Aprutinis fidelibus nostris nostra serenitas intellexit quod, cum tu quadam gravi et continua infirmitate labores, propter quam ad custodiam castri nostri Casuli, quam tibi commisimus, non potes intendere, alium in castro ipso castellanum duxerunt pro parte nostre curie statuendum, tu tamen inde recedere metuis sine nostro speciali mandato. Verum cum et nos necessitatibus fidelium providere delectet, fidelitati tue mandamus, quatinus, ex quo infirmitate gravante in predicto nostro servitio morari non potes, ut debes, ad propria revertaris[a]. Datum[b]. | (c. 87*v*)

[a] *R* rev(er)tat(ur) [b] *La restante parte della carta è stata lasciata in bianco per lo spazio di circa 30 righe ed è stata quindi cassata con 4 linee oblique parallele.*

755-762 **1240 marzo 13, Viterbo**

Federico II rilascia ad alcuni mercanti romani lettere patenti per prestiti di varia entità da questi concessigli e nel contempo invia a

Riccardo de Sancto Germano *(n. 756), al secreto di Messina (nn. 758, 759) e ai maestri della zecca di Brindisi (nn. 760-762) altrettanti mandati contenenti istruzioni precise circa le modalità e i tempi con i quali dovranno saldare i creditori, l'indicazione dell'eventuale ulteriore interesse pattuito e l'ordine di farsi consegnare dai detti mercanti, al momento dell'estinzione del debito, le lettere di credito e le ricevute dell'avvenuto saldo. I debiti contratti sono sei e le cifre prestate ammontano nel complesso a 314 libbre, 17 soldi e 11 denari di grossi veneziani; il totale delle somme da restituire è calcolato in 1.211 once d'oro e 1 tarì. I termini stabiliti per l'estinzione dei debiti sono diversi, così come diversa è la percentuale prevista per gli interessi dovuti: il primo prestito (nn. 755-756) dovrà infatti essere estinto entro la fine dello stesso mese di marzo e l'interesse viene fissato in ragione di un'oncia ogni 68 denari, con un ulteriore addebito del 4% mensile in caso di ritardato pagamento; gli altri prestiti invece (nn. 757-762) sono a scadenza trimestrale e gli interessi sono stabiliti nella misura di un'oncia ogni 5 soldi (ovvero 60 denari), con un ulteriore addebito del 3% mesile in caso di ritardato pagamento. Le lettere patenti sono rilasciate rispettivamente ai seguenti gruppi di mercanti: Giovanni* Contus*, suo fratello Lorenzo e Giacinto* de Roffrido*, i quali, a fronte di un prestito di 103 libbre, 2 soldi e 8 denari, debbono avere 364 once d'oro (n. 755), i fratelli Giovanni e Pietro* Carboncellus*, i quali, a fronte di un prestito di 26 libbre e 15 soldi, debbono avere 107 once d'oro (n. 757), Pietro* de Algaruchio *e Stefano* de Cesareo*, i quali, a fronte di un prestito di 55 libbre e 11 soldi e mezzo, debbono avere 222 once e 9 tarì (n. 759), Algaruccio figlio di Sisto, Giovanni* de Algaruchio*, Pietro* de Algaruchio de Tiniosis *e Andrea* Boccamazus*, i quali, a fronte di un prestito di 34 libbre, 16 soldi e 3 denari, debbono avere 139 once e un quarto (n. 760), Algaruccio figlio di Giovanni* Algaruchii Tiniosi*, Sisto, Giovanni* Algaruchii de Tiniosis *e Pietro* Tiniosus*, i quali, a fronte di un prestito di 67 libbre e 2 soldi e mezzo, debbono avere 268 once e mezza (n. 761), Pietro* Iurda *e Gualtiero* de Cesarinis*, i quali, a fronte di un prestito di 27 libbre e mezza, debbono avere 110 once (n. 762).*

RF cc. 87*v*-88*r* (R). Il margine superiore di c. 87*v* è stato rifilato ed è caduta la nota cronologica, si integra pertanto con Carcani: *Martio in Viterbo*. Al centro

del margine superiore di c. 88*r*: *§ Martio in Viterbio* e poco sotto, spostato a sinistra: *Sequitur de eodem mutuo*. In calce alla carta 88*r* firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 373 s, da cui Huillard-Bréholles, V, pp. 830-832. **Trascr.**: Sthamer, pp. 829-834. **Regg.**: Böhmer, n. 2900.

Relatore: *Albertus de Catania*; scrive e registra: *Gualterius de Cusentia*.

Per ognuno dei debiti contratti dalla camera furono redatte una lettera di credito destinata ai prestatori e un mandato di pagamento diretto ai funzionari che avrebbero dovuto saldarli; solo le quattro lettere relative al primo e al secondo prestito però furono registrate autonomamente (per il secondo fra l'altro vengono indicati l'interesse, i termini fissati per la restituzione e l'ulteriore addebito mensile previsto in caso di ritardato pagamento, che appaiono mutati rispetto a quelli stabiliti per il primo debito), mentre per quelle relative agli altri quattro crediti fu fatta un'unica registrazione cumulativa di entrambi i documenti, senza cioè fare distinzione tra quello destinato ai creditori e il mandato spedito invece ai funzionari che avrebbero dovuto estinguere il debito, ma nominando semplicemente *litterae patentes* (quelle per i creditori) e *litterae clausae* (quelle per il secreto); cosicché alle otto registrazioni che compaiono in questo gruppo dovette corrispondere la redazione di dodici lettere distinte.

[Mutuum R]omanorum

755. *[Littere patentes] pro [Iohanne Con]to et sociis [mercatoribus] Romanis pro unciis CCCLXIIII.*

X[III], de imperiali mandato facto per magistrum Albertum scripsit G(ualterius) de Cusentia patentes litteras in hac forma: FR(edericus) et cetera. Notum facimus universis quod Iohannes Contus, Laurentius frater eius et Iaquintus de R[off]rido[a] mercatores Romani, fideles nostri, mutuaverunt nobis et assignaverunt in camera nostra de Venetianis grossis libras centum tres, solidos duos et denarios octo pro unciis auri CCCLXIIII ad generale pondus regni, ad rationem de solidis sex minus denariis quattuor per unciam. De quibus promisimus et convenimus eis quod Riccardus de Sancto Germano fidelis noster, quem misimus ad R(iccardum) de Montenigro iustitiarium Terre Laboris et comitatus Molisii pro recipienda ab eo pecunia et ad nostram curiam deferenda, de eadem pecunia, quam recipere debet a iustitiario supradicto, predictos mercatores vel aliquem eorum sive certum nuncium vel procurato-

rem ipsorum per totum presentem marcium sine defectu et difficultate qualibet debeat quietare. Si vero, quod omnino nolumus, aliquo accidente casu in eodem termino quietati non essent, deinde in antea, quamdiu solutio differetur, quattuor Venetianos de qualibet uncia per mensem pro dampnis et interesse idem Riccardus eis solvere tenetur et debet, et nichilominus integre solvere eis uncias supradictas. Unde et cetera.

[a] Roffrido *in St; C HB* Rofrido

756. *Ad Riccardum de Sancto [Germano pro] eisdem.*

§ Eodem die scripsit idem licteras clausas pro eis ad Riccardum de Sancto Germano predictum. Cum Iohannes Contus, Laurentius frater eius et Iaquintus de Roffrido mercatores Romani fideles nostri pro libris de Venetianis grossis centum et tribus et solidis duobus et denariis VIII, quas nostre camere mutuaverunt, ad rationem de solidis VI minus denariis IIII^or^ per unciam, recipere debeant per totum presentem martium uncias auri CCCLXIIII ad generale pondus regni, sicut cum curia nostra convenerunt, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus de pecunia, quam tibi a R(iccardo) de Montenigro iustitiario Terre Laboris et comitatus Molisii fideli nostro mandavimus assignari[1], predictas CCCLXIIII uncias auri ad generale pondus regni predictis mercatoribus vel alteri eorum debeas assignare. Si vero aliquo accidente casu in hoc termino de predicta pecunia per te quietati non essent, deinde in antea, quamdiu solutio differetur, de eadem pecunia, quam recepturus es a iustitiario memorato, eisdem mercatoribus exhibere debeas pro dampnis et interesse quattuor Venetianos per mensem pro qualibet uncia, et nichilominus solvas eis totam quantitatem predictam, quam debent habere. Tu tamen ita studeas et procures, ut per totum presentem mensem martii, sicut eis conventum est, quietentur, ne per moram curia nostra dampnum incurrat; de solutione autem, quam feceris, facias et recipias ab eis [aliud] scriptum competens ad curie nostre cautelam; recepturus ab eis patentes litteras nostras[2], quas eis inde duximus faciendas.

[1] Cfr. reg. 730 del 5 marzo con la quale Federico II aveva ordinato a Riccardo *de Montenigro* di consegnare al più presto 2.000 once della colletta a Riccardo *de Sancto Germano*, che era stato incaricato di prendere contatto con alcuni mercanti romani per

ottenere un prestito a favore della corte, affinché questi potesse provvedere a saldare il debito contratto.

[2] Reg. 755.

757. *‹Pro Iohanne C›arboncello ‹et fratre pro›*[a] *unciis ‹CVII›.*

§ Eodem die similes patentes facte sunt pro Iohanne Carboncello et Petro Carboncello fratribus mercatoribus Romanis de libris Venetianorum grossorum XXVI et solidis XV pro unciis auri CVII ad generale pondus, ad rationem de solidis V per unciam, qui debent quietari hinc ad tres menses completos; et si aliquo accidente casu tunc quietati non essent, debent habere pro dampnis et interesse in antea, quamdiu solutio differetur, de singulis centum unciis tres uncias auri.

[a] pro *in C e St (quest'ultimo però in integrazione sulla base di C); resta il dubbio di una errata lettura di C, visto che nelle note successive è sempre scritto* de unciis

758. *[A]d secretum Messane pro eisdem.*

§ Scriptum est secreto Messane quod de predicta quantitate in termino ipso et de interesse et dampnis ad rationem predictam, si solutio differretur, eos debeat quietare, ita tamen curaturus quod per sui negligentiam curia dampnum non incurrat; quibus quietatis recipiat ab eis patentes litteras[1], que facte sunt eis, et faciat aliud scriptum competens ad curie c[aute]lam. || (c. 88*r*)

[1] Reg. 757.

759. *Pro Petro de Algaru[chio] et socio de unciis CCXXII et tarenis VIIII.*

§ XIII° facte sunt similes patentes et clause littere ad eundem secretum Messane pro Petro de Algaruchio et Stephano de Cesar(eo)[a] Romanis de Venetianorum grossorum libris LV et solidis XI$^{1}/_{2}$ pro unciis CCXXII et tarenis VIIII eodem termino et forma solvendis.

[a] *Il nome* Steph(an)o d(e) Cesar(eo) *sottolineato in un secondo tempo con un tratto di penna continuo.*

760. *Pro Algaruchio filio [Six]ti et sociis de unciis CXXXVIIII et quarta.*

§ Eodem die facte sunt similes patentes et clause ad magistros siccle Brundusii pro Algaruchio filio Sixti, Iohanne de Algaruchio, Petro de Algaruchio de Tiniosis et Andrea Boccamazo Romanis de libris Venetianorum grossorum XXXIIII, solidis XVI et denariis III pro unciis auri CXXXVIIII et quarta eodem termino et forma solvendis.

761. *Pro Algaruchio filio Iohannis et sociis de unciis CCLXVIII$^{1}/_{2}$.*

§ Eodem die facte sunt similes patentes et clause ad predictos magistros siccle Brundusii pro Algaruchio filio Iohannis Algaruchii Tiniosi, Sixto, Iohanne Algaruchii de Tiniosis et Petro Tinioso Romanis de libris Venetianorum grossorum LXVII et solidis II$^{1}/_{2}$ pro unciis auri CCLXVIII$^{1}/_{2}$ eodem termino et forma.

762. *Pro Petro Iurda [et so]cio de unciis CX.*

§ Eodem die facte sunt similes patentes et clause ad predictos magistros siccle Brundusii pro Petro Iurda et Gualterio de Cesar(inis)[a] Romanis de libris Venetianorum XXVII$^{1}/_{2}$ pro unciis auri CX eodem termino et forma solvendis.

[a] *Il nome* Gualt(erio) d(e) Cesar(inis) *sottolineato in un secondo tempo con un tratto di penna continuo; lo scioglimento Cesar(inis) si basa sulla probabile identificazione di questo Gualtiero con il* Gualterius de Cesalinis *o* Cisalinis *ricordato nelle registrazioni 101, 102 e 120, anche se in quelle il nome* Cesalinis *compare o per esteso (nn. 101 e 102) o nella forma compendiata* Cesalin(is)

763 **1240 marzo 13, Viterbo**

Federico II comunica ad Andrea de Cicala *quanto ha appreso dal castellano di Arquata Roberto* de Sabuco*, ovvero che questi, dopo aver espugnato con l'aiuto degli uomini di Arquata il castrum* Veczani *(come gli era stato ordinato di fare dallo stesso Andrea e da re Enrico di Sardegna) e aver ricevuto il giuramento di fedeltà dalla maggior parte degli uomini del castello, era sceso a patti con questi ultimi, che*

gli avevano promesso di consegnargli la rocca (nella quale si era asserragliata la restante parte degli uomini) se entro un mese non avessero ricevuto soccorsi; nonostante gli accordi, trascorso il termine stabilito, gli uomini di Arquata a sua insaputa avevano occupato la fortezza e l'avevano rasa al suolo, asportandone inoltre beni per un valore di 100 once. Federico II ordina pertanto al capitano Andrea de Cicala *di indagare sulla faccenda e appurare la veridicità dei fatti e, ove le cose si fossero effettivamente svolte in tal modo, di recuperare i beni sottratti e punire i colpevoli in maniera esemplare.*

RF c. 88*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Martio in Viterbio*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 375, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 832 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 835 s. **Regg.**: Böhmer, n. 2901. **Facsimile con trascrizione**: Barone, *Paleografia latina,* tav. XIII, n. 14, e p. 321 s.

Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive e registra: *Iohannes de Sancto Germano*.

Nello spazio originariamente lasciato in bianco dopo questa registrazione fu poi aggiunto un falso, per il quale si veda l'introduzione, p. XXI.

§ Eodem die, de imperiali mandato facto per magistrum Petrum de Vin(ea) per manus Iohannis de Sancto Germano facte sunt littere ad dominum Andream de Cicala capitaneum in hac forma: Robbertus de Sabuco castellanus Arquate fidelis noster per suas nobis litteras intimavit quod[a], cum de mandato Henrici regis Turrium et Gallure filii[b] nostri et tuo vellet castrum Veczani recipere ad honorem et fidelitatem nostram custodiendum et una cum hominibus Arquate iuxta mandatum dicti regis et tuum expugnaverit castrum ipsum, quo posset idem castrum dominationi nostre subicere, maior pars hominum castri eiusdem nobis fidelitatis iuramenta prestarunt et, aliis quibusdam receptantibus se in munitionibus castri, cum castellano predicto pactum inierunt de reddendo sibi castro ad opus nostrum, si infra mensem non possent habere succursum. Cumque completo termino castellanus vellet ad [re]cipiendum castrum accedere, homines Arquate fraudulenter occuparunt castrum ipsum preter conscientiam castellani et illud funditus diruentes bona mobilia illuc inventa valentia uncias auri centum nequiter asportarunt. Quia igitur excessus huiusmodi nostra celsitudo abhorret, fidelitati tue mandamus, quatinus inquisita super hiis diligentius veritate, si rem inveneris ita esse, sicut superius contine-

tur, bonis predictis ad opus curie nostre receptis prefatos homines Arquate ad honorem nostri culminis taliter punias de predictis ipsorum nequitiam reprimendo, quod ipsis sit ad penam et ceteris ad terrorem. | (c. 88*v*)

[a] *R ripete* q(uod) [b] *Il passo* Henr(ici) - filii *sottolineato in un secondo tempo con un tratto di penna continuo.*

764 — 1240 marzo 14, Viterbo

Federico II ordina a Carnevale de Papia *di prorogare fino a nuovo ordine l'invio alla muta dei girofalchi, dei falconi e degli altri uccelli da caccia che ha in custodia.*

RF c. 88*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Martio in Viterbio.*
Edd.: Carcani, p. 375, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 834. **Trascr.**: Sthamer, p. 837. **Regg.**: Böhmer, n. 2903.
Relatore: *Iohannes de Logotheta*; scrive e registra: *Guillelmus de Tocco.*

[Ad Carnilevarium de Papia de avibus] non mittendis [ad mutam].

§ [XIIII] eiusdem, de mandato facto per dominum Iohannem de Logotheta scripsit G(uillelmus) de Tocco Carnilevario de Papia. Mandamus fidelitati tue, quatinus omnes girofalcos, falcones et aves nostras, quas habes in cura, que volant et adhuc sunt abte[a] ad volandum, differas mittere in mutam usque ad aliud mandatum nostrum.

[a] *Così R per* apte

765 — 1240 marzo 14, Viterbo

Federico II risponde al secreto di Messina Maggiore de Plancatone *e lo loda per aver provveduto a estinguere il debito contratto dalla camera con il romano Pietro* Iohannis Algarutii *e il suo socio, nonostante nel mandato di pagamento inviatogli il suo nome fosse espresso soltanto all'esterno.*

RF c. 88*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Martio in Viterbio*.

Edd.: Carcani, p. 375, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 834 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 838. **Regg.**: Böhmer, n. 2904.

Relatore: *Albertus de Catania*; scrive: *Gualterius de Cusentia*; registra: *Iohannes de Ydronto*.

Degno di rilievo appare il fatto che Federico II si compiaccia con il secreto per aver provveduto comunque a eseguire i suoi ordini nonostante nel protocollo del mandato che gli era stato inviato non comparisse il suo nome e questo fosse stato apposto soltanto all'esterno, sul verso della pergamena. L'apprezzamento per la solerzia di Maggiore *de Plancatone* si può mettere in relazione con la meraviglia che lo stesso Federico aveva espresso soltanto due settimane prima nei confronti del castellano di Calanna, il quale, al contrario, si era rifiutato di eseguire gli ordini imperiali adducendo a sua discolpa il fatto che nel mandato inviatogli dalla cancelleria non compariva il proprio nome (cfr. regg. 627-628 del 29 febbraio).

Il debito al quale si fa riferimento qui potrebbe essere quello che era stato contratto dalla corte il 14 ottobre precedente a Milano e i cui termini scadevano a metà gennaio, anche se nella registrazione corrispondente (n. 103) non si parla proprio di Pietro *Iohannis Algarutii*, bensì di Pietro *Algerucius*. Pietro *Iohannis de Alcarutio* compare in qualità di prestatore un mese dopo, il 14 novembre (cfr. reg. 173), ma in quell'occasione il debito avrebbe dovuto essere saldato entro la metà di febbraio dai tesorieri di Castel dell'Ovo e non da Maggiore *de Plancatone*.

[Ma]iori de Plancatone s[ecre]to responsales [super][a] *pecunia [solu]ta Petro Iohannis [Alg]arutii*[b].

§ Eodem die, de mandato imperiali facto per magistrum Albertum scripsit Gualterius de Cusentia secreto Messane. Benigne recepimus et cetera. Quod autem culmini nostro significasti per eas te dudum sacras nostras litteras recepisse de solvendo Petro Iohannis Algarutii civi Romano et socio quandam pecunie quantitatem pro mutuo, quod camere nostre fecerant, et licet, ut scripsisti, in litteris nostris proinde tibi missis nomen tuum inferius[c] non esset inscriptum, set tantum exterius, tu dampnum curie nostre vitans, solvisti eis quantitatem in litteris nostris contentam: placet nobis et tuam in hoc diligentiam commendamus.

[a] *St* de *corretto poi da He in* super*: si propende per quest'ultima lezione poiché l'ampiezza della lacuna e il numero dei tratti percepibili sembrano accreditarla maggiormente.* [b] *C omette l'intera nota marginale.* [c] *Da intendersi forse* interius

766-767 **1240 marzo 14, Viterbo**

Mandati di pagamento indirizzati ad Angelo de Marra *a beneficio del mercante romano Paolo* de Gregorio *e dei suoi soci (n. 766) nonché di Nicola* Russus *procuratore di Enrico* Iohannis Petri Bastardi *e di Giovanni* Pallente*, anch'essi romani (n. 767), per l'interesse residuo di prestiti già parzialmente saldati dallo stesso Angelo per ordine dei presuli di Capua e di Ravello.*

RF c. 88*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Martio in Viterbio*.
Edd.: Carcani, p. 375 s, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 835. **Trascr.**: Sthamer, p. 839. **Regg.**: Böhmer, n. 2905.
Relatore: *Albertus de Catania*; scrive e registra: *Iohannes de Ydronto*.

Una nota aggiunta di seguito alla registrazione 766 da Giovanni *de Ydronto* avverte che il mandato fu redatto nella medesima forma di quelli che già erano stati spediti allo stesso Angelo il 3 febbraio precedente da Foligno (cfr. regg. 509 e 510). Si veda in proposito l'avvertenza, simile a questa, che Giovanni appose di seguito alla registrazione 750 del 12 marzo.

766. *[Angelo de Marra pro facienda ‹ratione cum› mercatoribus Romanis] pro [‹dampnis et› in]teresse*[a].

§ Eodem die, de mandato imperiali facto per magistrum Albertum scripsit Iohannes Ydr(onti) Angelo de Marra[b], ut faciat rationem de quantitate temporis elapsi et residuo, quod Paulus de Gregorio mercator Romanus pro se et sociis suis dicit se habere debere pro dampnis et interesse ratione mutui, quod idem Angelus ipsis restituit de mandato familiarium Capuani et Ravellensis.

Facte sunt presentes littere secundum formam aliarum, que scripte sunt tertio februarii in Filin(eo)[1].

[a] Angelo - interesse *in St; He corregge il passo* facienda - Romanis *con* Paulo de Gregorio mercatore Romano*; C omette l'intera nota marginale.* [b] *Il nome* Angelo d(e) Marr(a) *sottolineato in un secondo tempo con un tratto di penna continuo.*

[1] Cfr. regg. 509 e 510.

767. *[Eidem Angelo pro Nicolao Russo] de [eodem]*[a].

Item similes littere facte sunt ad eundem Angelum[b] pro Nicolao Russo procuratore Henrici Iohannis Petri Bastardi et Iohannis Pallente civium Romanorum.

[a] Eidem - de eodem *in St; C omette l'intera nota marginale.* [b] eu(n)de(m) A(n)gelu(m) *sottolineato in un secondo tempo con un tratto di penna continuo.*

768 **1240 marzo 15, Viterbo**

Avendo appreso da Pietro magistri Gentilis *di Filetto, latore del mandato, che - dopo la condanna di Raniero* de Filecta *per l'omicidio del balivo Gentile (delitto che Raniero aveva perpetrato con la complicità del fratello Giacomo) e la conseguente confisca di tutti i suoi beni (compresa la terza parte del castello di Filetto) operata dall'allora maestro camerario d'Abruzzo Giovanni* de Senicio - *Giovanni* Theodini *ha osato, non solo prendere in moglie senza l'autorizzazione sovrana la figlia del detto Raniero, ma anche impossessarsi di quei beni che il demanio aveva incamerato a seguito del delitto, Federico II ordina al giustiziere d'Abruzzo Boemondo* Pissonus *di svolgere accurate indagini per mezzo di uomini fidati e, ove il reato fosse accertato, di imprigionare il suddetto Giovanni* Theodini *e di confiscargli tutti i beni, compresi quelli illecitamente incamerati.*

RF c. 88*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Martio in Viterbio*.
Edd.: Carcani, p. 376, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 835 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 840 s. **Regg.**: Böhmer, n. 2906.
Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive e registra: *Petrus de Capua*[1].

In calce alla registrazione nota di Pietro *de Capua*[1] relativa al latore della lettera. Si noti che Pietro usa indifferentemente le forme *Filecta* e *Filecto*.

‹Ad B(oamundum) Pi›ssonum iustitiarium contra ‹Iohannem Theo›dini, ut capi[at ipsum et] destituat ‹...›[a] *ad ‹...›*[b].

§ XV° marcii ibidem, de mandato imperiali facto per magistrum Petrum de Vinea scripsit P(etrus) de Capua ad B(oamundum) Pissonum iustitiarium Aprucii. Exposuit maiestati nostre Petrus

magistri Gentilis de Filecta lator presencium fidelis noster quod, cum Raynerius de Filecta propter homicidium quondam Gentilis baiuli eiusdem terre, quod idem Raynerius cum Iacobo fratre suo[c] dicitur commisisse, per Iohannem de Senicio tunc magistrum camerarium nostrum in Aprutio tertia parte castri Filecte et bonis suis omnibus fuerit destitutus, sicut per eundem camerarium curie nostre constat, Iohannes Theodini sine permissione nostra filiam prefati Raynerii in uxorem assumpsit et terciam partem ipsam Filecti et alias possessiones eiusdem, de quibus curia nostra in possessione fuerat ratione homicidii supradicti, ausu temerario et auctoritate propria assumere non expavit. Cum igitur excessus huiusmodi maiestatem nostram non deceat tollerare, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus inquisita super hoc per homines fide dignos diligencius veritate, si rem inveneris ita esse, sicut superius est expressum, tu prefatum Iohannem Theodini, tam tercia parte castri predicti quam aliis possessionibus omnibus, que fuerunt Raynerii supradicti, sic temere occupatis protinus destitutum et omnibus bonis suis aliis ad opus nostre curie publicatis, capias per personam et usque ad mandatum nostrum diligenter facias custodiri, ut ipse de tanto excessu non gaudeat et alii similia non attentent; significaturus nobis quid exinde duxeris faciendum ut et cetera.

§ Has litteras detulit Petrus magistri Gentilis de Filecto[d]. || (c. 89*r*)

[a] *Lacuna per circa 11 lettere.* [b] *Lacuna per circa 7 lettere; C omette l'intera nota marginale.* [c] -o *corretta su* i [d] *La restante parte della carta è stata lasciata in bianco per lo spazio di circa 8 righe ed è stata quindi cassata con 2 linee oblique parallele.*

769 **1240 marzo 15, Viterbo**

Federico II comunica ai balivi di Gaeta di aver inviato dalle loro parti il valletto Anselmo Carbo *insieme a Giacomo* de Atino *con l'incarico di prendersi cura di alcuni suoi falconi; ordina pertanto che corrispondano ad Anselmo gli stipendi per sé stesso e due scuderi nonché le spese per tre cavalcature e a Giacomo quelli per sé stesso e uno scudiero nonché le spese per un cavallo; per quanto riguarda Anselmo e il suo seguito, i pagamenti decorreranno dal primo marzo passato, per Giacomo e il suo scudiero, invece, dal giorno in cui*

avranno preso servizio; per tutti, infine, i compensi dovranno essere protratti per tutta la durata della loro permanenza a Gaeta. I balivi dovranno inoltre provvedere, secondo la consuetudine, a tutto quanto sarà necessario per il mantenimento dei falconi. Federico II li informa inoltre che sia Anselmo che Giacomo, dopo il loro soggiorno a Gaeta, si trasferiranno a Napoli e che dal momento del loro trasferimento sarà il compalazzo di quella città a doversi occupare dei loro stipendi; pertanto ordina anche che comunichino al funzionario napoletano fino a quale giorno avranno provveduto alla corresponsione dei compensi, in modo che egli sappia con precisione da quando dovrà cominciare a erogare gli stipendi.

RF c. 89*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Martio in Viterbio*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 376, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 836 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 842 s. **Regg.**: Böhmer, n. 2907.

Relatore: *Thomas de Aquino*; scrive: *Iacobus de Bantra*; registra: *Petrus de Capua*[2].

→ **769-770:** mandati di pagamento diretti ai balivi di Gaeta e al compalazzo di Napoli a favore del valletto Anselmo *Carbo* e di Giacomo *de Atino*.

§ Baiulis Gaiete pro dandis expensis Anselmo [C]arboni et Iacobo de Atino, ‹qui mis›si sunt pro trahendis et nutriendis falconibus.

§ XV° martii XIII[e] indictionis apud Viterbium, de imperiali mandato facto per T(homasium) comitem Acerr(arum) scripsit notarius Iacobus de Bantra [baiulis Ga]iete. Quia mittimus ad partes [vestr]as Anselmum Carbonem[a] vallectum et Iacobum de Atino fideles nostros pro trahendis falconibus et nutriendis, fidelitati vestre mandamus, quatinus ipsi Anselmo a proximo preteritis kalendis martii, pro se, duobus scutiferis et tribus equis, et nominato Iacobo, pro se, uno scutifero et uno equo ab eo die, quo se ad servitium contulerint supradictum, et quamdiu in antea pro eodem servitio nostro moram fecerint in eisdem partibus, expensas iuxta assisam curie tribuatis; et pro eisdem falconibus trahendis et nutriendis faciatis ad eorum requisitionem exhiberi eis necessaria, sicut consueverunt alii eiusdem terre baiuli exhibere dudum hiis,

quos illuc misimus pro servitio supradicto. Et quia iidem ituri sunt pro eodem servitio ad partes Neapolis, volumus quod, cum eos illuc[b] ire contigerit, significetis compalatio ipsius terre per litteras vestras pro quibus et quot diebus expensas eis dederitis, ut in antea, dum ibi fuerint, expensas ipsas recipiant ab eodem, formam denuntiationis eiusdem dicto compalatio per omnia servaturo[1]. Datum.

[a] *Il nome* Anselmu(m) Carbon(em) *sottolineato in un secondo tempo con un tratto di penna continuo.* [b] *Segue* eos *ripetuto.*

[1] Cfr. reg. 770.

770 **1240 marzo 15, Viterbo**

Federico II comunica al compalazzo di Napoli di aver inviato dalle sue parti il valletto Anselmo Carbo *e Giacomo* de Atino *per prendersi cura di alcuni falconi; gli ordina pertanto di corrispondere ad Anselmo gli stipendi per sé stesso e due scuderi nonché le spese per tre cavalcature e a Giacomo quelli per sé stesso e uno scudiero nonché le spese per un cavallo; per quanto riguarda Anselmo e il suo seguito, i pagamenti partiranno dal primo marzo passato, per Giacomo e il suo scudiero, invece, dal giorno in cui avranno preso servizio; per tutti, infine, i compensi dovranno essere protratti per tutta la durata della loro permanenza a Napoli. Egli dovrà inoltre provvedere a tutto quanto sarà necessario per il mantenimento dei falconi secondo la consuetudine. Federico II gli comunica inoltre che la permanenza a Napoli di Anselmo e Giacomo sarà interrotta da un soggiorno a Gaeta e che durante quel periodo gli stipendi verranno corrisposti dai balivi di quella città; pertanto gli ordina anche di comunicare ai suddetti balivi fino a quale giorno avrà provveduto alla corresponsione dei compensi, in modo che essi sappiano con precisione da quale giorno dovranno cominciare a erogare gli stipendi.*

RF c. 89*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Martio in Viterbio*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 376 s, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 837. **Trascr.**: Sthamer, p. 843 s. **Regg.**: Böhmer, n. 2907.

Relatore: *Thomas de Aquino*; scrive: *Iacobus de Bantra*; registra: *Petrus de Capua*[2].

→ **769-770**

§ Compalatio Neapolis pro eisdem.

§ Eodem die ibidem, de eodem mandato scripsit idem ad compalatium Neapolis. Quia mittimus ad partes ipsas Anselmum Carbonem vallectum et Iacobum de Atino fideles nostros pro trahendis falconibus et nutriendis, fidelitati tue mandamus, quatinus eidem Anselmo a proximo preteritis kalendis martii, pro se, duobus scuteriis et tribus equis, et nominato Ia(cobo) pro se, uno scuterio et uno equo ab eo die, quo se ad servitium contulerint supradictum, et quamdiu in antea pro eodem servitio nostro moram fecerint in eisdem partibus, expensas iuxta assisam curie tribuas; et pro eisdem falconibus trahendis et custodiendis facias ad eorum requisitionem exhiberi eis necessaria, sicut consueverunt alii compalatii exhibere dudum hiis, quos illuc misimus pro servitio supradicto. Et quia iidem ituri sunt pro eodem servitio nostro ad partes Gaiete, volumus quod, cum eos illuc ire contigerit, significes baiulis ipsius terre per litteras tuas pro quibus et quot diebus expensas eis dederint, ut in antea expensas easdem ipsi eis tribuant, dum ibi fuerint et Neapolim revertentur, eisdem baiulis formam denunciationis ipsius per omnia servaturis[1]. Datum et cetera.

[1] Cfr. reg. 769.

771 **1240 marzo 15, Viterbo**

Federico II ordina a Riccardo de Polcara *di corrispondere 3 once d'oro per l'acquisto di un ronzino al valletto Anselmo* Carbo*, incaricato del trasferimento e della cura di alcuni falconi.*

RF c. 89*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Martio in Viterbio*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 377, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 837. **Trascr.**: Sthamer, pp. 844-846. **Regg.**: Böhmer, n. 2907.

Relatore: *Rogerius de Camera*; scrive e registra: *Petrus de Capua*[2].

§ Riccardo de Polcara, quod [exhibeat][a] *uncias tres predicto [An]selmo pro uno roncino.*

§ Eodem die ibidem scripsit P(etrus) de Capua de mandato facto per magistrum Roggerium de Camera ad Riccardum de Pol-

cara. Cum Anselmum Carbonem vallectum et fidelem nostrum ad partes ipsas pro trahendis et nutriendis falconibus nostris mittamus, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus eidem Anselmo uncias auri tres ad pondus curie nostre pro emendo uno roncino de pecunia curie nostre, que est per manus tuas, debeas exhibere et recipias ab eo exinde apodixam. Datum et cetera.

[a] exhibeat *in C St; He corregge* exhibeat *in* [det]

772 **1240 marzo 15, Viterbo**

Federico II ordina al collector *della Sicilia orientale Giacomo* de Sanctis *di provvedere agli stipendi di Giovanni* Vulcanus *e dei tre scudieri del suo seguito nonché alle spese per il mantenimento dei loro quattro cavalli per tutto il tempo in cui lo stesso Giovanni ricoprirà l'ufficio di provveditore ai castelli della Sicilia orientale.*

RF c. 89*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Martio in Viterbio*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 377, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 837 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 847. **Regg.**: Böhmer, n. 2908.

Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive e registra: *Iacobus de Bantra*.

Al margine destro della registrazione, opposto a quello dove si trova la nota relativa all'oggetto e al destinatario della lettera, annotazione di mano più tarda: *Vulcanus*.

§ Iudici Iacobo de Sanctis recollectori pecunie in Calabria et Sicilia citra flumen Salsum pro Iohanne Vulcano.

§ Eodem die, de mandato imperiali facto per iudicem P(etrum) de Vinea scripsit Iacobus de Bantra iudici Iacobo de Sanctis recollectori pecunie in Sicilia citra flumen Salsum. Mandamus et precipimus fidelitati tue, quatinus Iohanni Vulcano civi Neapoli(tano) provisori castrorum ipsarum partium fideli nostro pro se, tribus scuteriis et quatuor equis expensas dare procures iuxta assisam curie nostre, quando fuerit in servitio supradicto, hiis videlicet tantum diebus, quibus iuxta mandatum nostrum exercuerit officium antedictum.

773 **1240 marzo 15, Viterbo**

Federico II comunica a Crescio Amalfitanus *di aver disposto in passato che un debito di 40 once, che era stato contratto per motivi di servizio dal notaio e cappellano imperiale Gualtiero* de Ocra*, venisse estinto con i proventi della Chiesa di Valva e di aver dato per questo mandato all'allora giustiziere d'Abruzzo Tolomeo* de Castellione *affinché provvedesse a far imporre il pagamento di tale somma ai vassalli della Chiesa da Andrea e Abbiuso, rispettivamente preposto e canonico della Chiesa di Valva, e da Tommaso, procuratore della chiesa di S. Panfilo, ordinando però che, nel caso in cui i detti vassalli non fossero stati in grado di pagare l'intera somma, il residuo venisse corrisposto dai procuratori con i proventi delle chiese e della diocesi affidate alla loro amministrazione, in modo che tale imposizione non fosse d'impedimento all'esazione della colletta. Gli comunica inoltre di aver recentemente ricevuto una supplica dai detti vassalli i quali, dopo aver già pagato almeno 12 once e dovendo ora corrispondere anche la colletta del presente anno, dichiarano di non essere in grado di adempiere entrambi gli impegni finanziari, motivo per cui lui - Federico - ha deciso di scrivere al giustiziere d'Abruzzo Boemondo* Pissonus *affinché si astenga dal pretendere da loro l'esborso del denaro residuo, se effettivamente essi si trovano nell'impossibilità di farlo, e di notificare nel contempo allo stesso Crescio il risultato delle indagini che avrà svolto per appurare l'effettiva solvibilità dei vassalli. Pertanto Federico II ordina a Crescio* Amalfitanus *di chiedere ai procuratori della Chiesa di Valva il rendiconto contabile della loro amministrazione, di farsi consegnare da essi i proventi della Chiesa e di utilizzarli per corrispondere quanto ancora dovuto a Gualtiero* de Ocra *(dopo aver però raccolto tutte le informazioni del caso tramite anche le notizie che gli verranno inviate dal giustiziere Boemondo), incamerando il restante denaro.*

RF c. 89*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Martio in Viterbio*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 377, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 838 s. **Trascr.**: Sthamer, pp. 848-850. **Regg.**: Böhmer, n. 2909.

Relatore: *Taddeus de Suessa*; scrive e registra: *Laurentius de Brundusio*.

Una nota aggiunta da Lorenzo *de Brundusio* al margine sinistro della registrazione, sotto a quella relativa all'oggetto e al destinatario del mandato, avverte che la lettera fu fatta consegnare tramite Adamo *de Popero*, procuratore dei vassalli della Chiesa di Valva, insieme a un'altra missiva simile, destinata al giustiziere d'Abruzzo Boemondo *Pissonus*, la quale fu registrata lo stesso giorno su di un altro registro, il *quaternus generalis*; cfr. in proposito Huillard-Bréholles V, 839 nota 1 e Niese, *Uber die Register*, p. 5 s. Un'altra lettera registrata sullo stesso *quaternus generalis* è ricordata nella registrazione 952.

§ Criscio Amalfitano de XL unciis magistri G(ualterii) de Ocra et ratione recipienda ab procuratore Ecclesie Valvensis.

§ XV°, de imperiali mandato facto per dominum Taddeum scripsit Laurentius Criscio Amalfitano de Capua. Quia magister Gualterius de Ocra cappellanus, notarius et fidelis noster dudum pro nostris servitiis laborando debitum quadraginta unciarum auri contraxerat, quod solvi providimus de proventibus Valvensis Ecclesie et diocesis spectantibus ad episcopum tam in eccl(esiis) quam vassallis, Ptolomeo de Castellione iustitiario quondam Aprutii scripsisse recolimus, ut ad requisitionem Andree prepositi et Abbiusi canonici Valvensis Ecclesie et Thomasii procuratoris ecclesie Sancti Pamphili ac iuxta provisionem eorum faceret imponi vassallis ipsius Ecclesie uncias supradictas et reciperet ab eisdem, eas dictis procuratoribus tunc temporis de novo statutis nomine dicti magistri G(ualterii) soluturus, et si quid foret residuum, quod ab eisdem vassallis solvi non posset, de proventibus predictarum ecclesiarum et diocesis eorum proc[urati]oni commissis dicti procuratores solverent, et hec ideo, ne occasione huiusmodi collecta illius temporis impediri valeret. Nuper autem dicti vassalli nobis humiliter supplicarunt quod, cum quedam quantitas non minor duodecim unciarum auri ex impositione dicti iustitiarii et receptione procuratorum ipsorum ab ipsis vassallis fuerit persoluta, nunc etiam adveniente presenti collecta sue, ut asserunt, ad utrumque persolvendum non suppetant facultates, providere ipsis de nostra gratia dignaremur. Nos igitur et collecte presentis impedimentum omnino et intolerabile fidel[ium nostrorum] gravamen ac diminutionem solvendi debiti declarati vitari volentes, B(oamundo) Pissono iustitiario Aprutii scribimus, ut, si ei constiterit de hiis, [que] continet supplicatio

predictorum, eos nec requirat exinde nec requiri permittat et quicquid invenerit tibi notificet, quod in hiis discrete procedas. Quare mandamus, quatinus a procuratoribus eiusdem Ecclesie, qui fuerunt, ex quo vacavit, usque ad id temporis, quo eam procuratoribus supradictis nomine prefati magistri G(ualterii) commisimus procurandam, de tempore, quo procuratores fuerunt, ut dictum est, recipias diligenter et fideliter rationem et, postquam tibi constiterit per dictum iustitiarium et per inquisitionis tue studium de hiis, que dicta supplicatio continet, residuum debiti, quod inve[neri]s non [sol]utum, de perceptis tempore illo proventibus iuxta prioris mandati nostri tenorem suppleas ad opus dicti magistri G(ualterii) procuratoribus memoratis [et] residuos ad opus nostrum recipias sine mora; cautus et diligens, ne vel in ratione p[o]nenda vel perceptis proventibus nostris possit aliquatenus curia defraudari.

§ Lator procurator vassallorum nomine Adam de Popero habitator, qui detulit alias similes iustitiario Aprutii scriptas eodem die in quaterno generali. | (c. 89*v*)

774 **1240 marzo 16, Viterbo**

Federico II dà mandato al camerario d'Abruzzo Crescio Amalfitanus *di eseguire quanto gli verrà ordinato verbalmente per suo conto da Pietro* de Capua, emptor curie*, il quale è stato incaricato di provvedere al corredo dell'imperatore.*

RF c. 89*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Martio in Viterbio*.

Edd.: Carcani, p. 377, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 840. **Trascr.**: Sthamer, p. 851. **Regg.**: Böhmer, n. 2912.

Relatore: *Iohannes de Palmerio*; scrive e registra: *Petrus de Capua*[2].

Nello spigolo inferiore destro della carta una mano più tarda ha aggiunto la seguente annotazione *Portus Sancti Cataldi de Baro et portus Rivuli*, riferita alla registrazione 778 [4] posta alla carta seguente.

Camerario Aprutii pro corredo.

§ XVI ibidem, de mandato facto per magistrum Io(hannem) de Palmerio scripsit P(etrus) de Capua ad Crissium Amalfitanum ca-

merarium Aprutii. Cum premittamus Petrum de Capua emptorem curie nostre pro ordinando corredo nostro, mandamus, quatinus [omni]a[a], que tibi inde oretenus ex parte culminis nostri dixerit idem Petrus, indubitanter credas et efficaciter exequaris. Datum et cetera[b]. || (c. 90*r*)

[a] omnia *in C HB St; He corregge* omnia *in* [e]a [b] *La restante parte della carta è stata lasciata in bianco per lo spazio di circa 40 righe ed è stata quindi cassata con 5 linee oblique parallele.*

775 **1240 marzo 16, Orte**

In previsione del proprio ritorno nel regno, Federico II dà mandato al giustiziere di Capitanata Riccardo de Montefusculo *di far approntare le dimore sovrane che si trovano nella sua provincia e di far recapitare al più presto ai compalazzi di Napoli la lettera con la quale si ordina loro di consegnargli i cento barili di vino* de Galloppo *che sono stati fatti inviare a Napoli dal secreto di Messina e che Riccardo dovrà trattenere presso di sé per uso della corte.*

RF c. 90*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Martio in Orta*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 378, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 847. **Trascr.**: Sthamer, p. 852. **Regg.**: Böhmer, n. 2913.

Relatore: -; scrive: *Rogerius de Camera* (?); registra: *Rogerius de Salerno*.

→ **775-776:** disposizioni per l'invio di vino a corte.

Secondo Heupel (*Schriftuntersuchungen*, p. 44 s) sia questa che la successiva lettera non furono soltanto registrate, ma anche redatte da Ruggero *de Salerno*, nonostante il testo della nota introduttiva reciti *Mandante domino imperatore ad iustitiarium Capitinate scripsit magister Rogerius de Camera*. La formula, che ricorda nell'impianto quella generalmente usata da Ruggero *de Salerno*, avrebbe dovuto presentarsi secondo l'autore nella forma seguente: *Mandante domino imperatore per magistrum Rogerium de Camera ad iustitiarium Capitinate scripsit notarius Rogerius de Salerno*, senonché, avendo evidentemente dimenticato di scrivere il nome del relatore, Ruggero *de Salerno* lo avrebbe aggiunto nel punto dove normalmente poneva il proprio nome, facendo dunque un po' di confusione. Tale spiegazione sarebbe avvalorata secondo Heupel anche dal fatto che nella registrazione successiva, con riferimento allo scriba, si parla di *idem notarius* e

non di *magister*. È possibile tuttavia che Ruggero *de Camera*, il quale generalmente agisce in qualità di relatore, abbia effettivamente redatto di persona le due lettere senza la mediazione di nessun altro ufficiale e che poi il suo omonimo *de Salerno* sia intervenuto in fase di registrazione.

Riccardo de Montefusculo pro preparandis domibus Capitinate et vino de Galloppo.

§ XVI° martii, mandante domino imperatore ad iustitiarium Capitinate scripsit magister Rogerius de Camera. Fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus domos omnes nostras in iurisdictione tua instanter facias preparari et sic necessariis omnibus premuniri, ut in felici adventu nostro, quem ecce dante Domino festinamus, necessariorum omnium copiam affluenter inveniamus in eis. Mandamus preterea tibi, quatinus litteras nostras, que mittuntur compalatiis Neapolis[1] pro mittendis ad te ad opus nostrum centum barrilibus vini de Galloppo, quod aput Neapolim ad eos per secretum Messane per mare mitti mandavimus[2], ad eosdem sine mora transmittas; quod vinum, cum ad te pervenerit, ad opus nostrum recipias et facias conservari.

[1] Reg. 776.
[2] Cfr. reg. 457.

776 — 1240 marzo 16, Orte

Non avendo ancora ricevuto i cento barili di vino de Galloppo *che aveva loro ingiunto di inviare a corte, Federico II rinnova l'ordine ai compalazzi di Napoli, dando però loro mandato di farli pervenire non più a corte ma in Capitanata e di consegnarli al giustiziere di quella provincia.*

RF c. 90*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Martio in Orta*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 378, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 847. **Trascr.**: Sthamer, p. 853. **Regg.**: Böhmer, n. 2914.

Relatore: -; scrive: *Rogerius de Camera* (?); registra: *Rogerius de Salerno*.

→ 775-776

Sulla incerta identità del redattore della lettera si veda la registrazione 775.

Compalatiis Neapolis pro vino de Galloppo.

§ Item eodem die, de eodem mandato scripsit idem notarius ad compalatios Neapolis. Mandavimus dudum vobis[1], ut centum barrilia vini de Galloppo, quod per secretum Messane ad vos per mare mitti mandavimus[2], cum sommariis ad nostram presenciam mitteretis; quod, cum nondum ad presenciam nostram pervenerit, fidelitati vestre iterato mandamus, quatinus dicta centum barrilia, si ad vos pervenerunt, in Capitinatam cum sommeriis destinetis omni mora cessante iustitiario Capitinate [assi]gnanda, cui de recipiendis ipsis ad opus nostrum mandatum dirigimus speciale[3].

[1] Reg. 458.
[2] Reg. 457.
[3] Reg. 775.

777 **1240 marzo 16, Orte**

Federico II ordina ai custodi della Camera di Melfi di prendere in consegna dal latore del mandato i registri del defunto Pietro de Canneto.

RF c. 90*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Martio in Orta*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 378, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 847 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 854. **Regg.**: Böhmer, n. 2915.

Relatore: *Rogerius de Camera* (?); scrive: *Petrus de Capua*; registra: *Rogerius de Salerno*.

Secondo Heupel (*Schriftuntersuchungen*, p. 44 s) questa lettera fu messa a registro insieme alle due precedenti da Ruggero *de Salerno* (pur non essendo in relazione con quelle e pur essendo stata redatta da un altro notaio) perché tutte e tre le lettere dovevano partire insieme con lo stesso corriere. Ciò spiegherebbe anche il mancato ricordo del relatore nella nota che introduce la registrazione, fatto che, tranne casi particolari, indica che questo non è mutato rispetto alla precedente.

[Cu]sto[di]bus camere Melfie pro recipiendis qua[terni]onibus quondam Petri de Canneto.

§ Eodem die scripsit notarius Petrus de Capua custodibus camere Melfie. Fidelitati vestre precipiendo mandamus, quatinus

quaterniones quondam Petri de Canneto, quos vobis lator presentium assignabit, recipere procuretis et ita[a] fideliter ac diligenter custodiatis eosdem, ut studium vestrum exinde commendemus.

[a] *R ripete* et ita *all'inizio del rigo seguente.*

778 **1240 marzo 16, Orte**

In risposta ad Alessandro di Enrico, Federico II [1] gli comunica il suo beneplacito in merito alla scelta della nave con la quale inviare in Siria le duemila once di grano per il pagamento degli stipendi dei cavalieri al servizio del maresciallo Riccardo Filangerius *e lo informa di aver ordinato al giustiziere di Capitanata Riccardo* de Montefusculo *e a frate Ademario di supplire con il frumento di proprietà del demanio di cui dispongono, visto che al momento non può fare assegnamento su una simile quantità di grano, avvertendolo pure che, anche se molto probabilmente l'ordine d'inviare il carico gli è stato comunicato con due diverse lettere, la nave che deve mandare in Siria è una soltanto e non due; [2] lo approva per aver provveduto alle fortezze di Bari e Trani e per essersi occupato, in assenza del giudice Filippo* de Aversa *e del provveditore ai castelli competente per territorio, del pagamento dei castellani di recente insediativi, nonché per quanto ha fatto fare nel castello di Andria dove risiede il proprio figlio Federico; [3] gli comunica di aver convocato al proprio cospetto l'ammiraglio per meglio discutere su alcune questioni e che con l'occasione prenderà anche una decisione in merito al diritto o meno dei doganieri di Brindisi di esigere lo scalatico relativo alle merci che vengono imbarcate sulle navi dei mercanti, visto che - a detta dello stesso Alessandro - l'ammiraglio avrebbe vietato ai medesimi doganieri tale imposizione con ordini scritti, nonostante la consuetudine; e gli ordina comunque di far sì che si continui a imporre tale tassa fino a nuovo ordine; [4] lo informa infine che in occasione del loro prossimo incontro a Foggia gli darà istruzioni sia in merito alla risposta da dare ai portolani di San Cataldo di Bari - i quali hanno chiesto ad Alessandro di imporre ai mercanti di Barletta di portare le loro merci in quel porto nonostante questi possano più facilmente e comodamente servirsi di quello più vicino di Rivoli senza alcun danno*

per il fisco - sia per quanto riguarda i compensi del messaggero greco che si trova a Foggia di ritorno dalla corte.

RF c. 90*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Martio in Orta*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 378 s, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 848 s. **Trascr.**: Sthamer, pp. 855-858. **Regg.**: Böhmer, n. 2916.

Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive e registra: *Guillelmus de Tocco*.

→ **778-780:** oltre a essere state tutte redatte dallo stesso notaio a seguito del medesimo mandato trasmesso da Pietro *de Vinea*, le tre lettere sono correlate tra loro anche per alcuni degli argomenti trattati. Fulcro dell'intero gruppo è la lettera di risposta indirizzata ad Alessandro di Enrico, dove Federico II annuncia già la spedizione dei mandati diretti al giustiziere di Capitanata e a frate Ademario.

Le note relative ai diversi argomenti trattati nella lettera sono poste al margine sinistro della carta.

Si veda il mandato del 15 aprile seguente (reg. 899), nel quale si fa preciso riferimento a questa lettera (e al mandato registrato al n. 563) e alla nave che Alessandro di Enrico avrebbe dovuto inviare in Siria, carica di grano, al maresciallo Riccardo *Filangierius*. Per quanto riguarda la nomina dei castellani di Bari e Trani e la successiva consegna delle fortezze ai neoeletti ufficiali si vedano le registrazioni 13-16.

Il figlio di Federico II, che nella lettera si dice residente nel castello di Andria, va identificato con il suo ultimogenito, nato dal matrimonio con la principessa Isabella d'Inghilterra e unico figlio legittimo al quale sia stato dato il nome di suo padre. Da altri documenti del registro sappiamo infatti che, in attesa di trasferirsi nella fortezza di Castel dell'Ovo, l'imperatrice Isabella e suo figlio risiedevano in Puglia, nella giurisdizione di Alessandro di Enrico, il quale infatti doveva provvedere alle loro spese fintanto che si fossero intrattenuti nel suo distretto (cfr. regg. 480, 598-599, 740 e 841). Gli altri due figli che portavano il nome tradizionale della dinastia sveva erano Federico d'Antiochia (che forse proprio negli anni 1239-1240 sposò Margherita Conti) e Federico di Pettorano, il più anziano dei figli naturali di Federico II e, sembra, tenuto poco in considerazione dal padre. Su Federico d'Antiochia si veda E. Voltmer, *Federico d'Antiochia*, con notizie anche (a p. 664) sul fratellastro Federico di Pettorano.

Sul significato del termine *victualia* si veda la registrazione 29.

Alexandro filio Henrici responsales.

§ [Eo]dem die, de mandato facto per magistrum P(etrum) de Vin(ea) scripsit G(uillelmus) de Tocco Alexandro filio Henrici. Plures litteras fidelitatis tue plura capitula continentes benigne recepimus et ecce tibi ad singula respondemus. *[1] Pro navi onerata [frum]ento mittenda [in] Siriam ad mares[callum].* Primo de navi onerata frumento, quam ad R(iccardum) Filangerium [m]ar[escal-lum] et fidelem nostrum sacri Imperii in Siria legatum tibi manda-vimus destinandam pro stipendiis militum[1], qui cum ipso morantur ad servicium nostrum, de qua nostro culmini rescripsisti quod, duabus tantum navibus nostris inventis Brundusii curie nostre et mercatorum victualibus oneratis, de mandato amir[ati] fidelis nostri unam aliam navem cuiusdam civis Brundusii, in qua curia nostra tertiam partem habet, invenisti capacem duorum milium salmarum frumenti: placet excellentie nostre, ut navem ipsam cum duobus milibus salmarum frumenti ad dictum marescallum fidelem no-strum transmittas. Verum, quia scripsisti te non habere de frumento curie nostre pro predicto mandato complendo, ecce scribimus R(iccardo) de Montefusculo iustitiario Capitinate fideli nostro[2] et fratri A(demario) statuto in Bersentino fideli nostro[3], ut de frumento nostro, quod habent, quod tibi defuerit, suppleant, ut deinde man-datum nostrum efficaciter exequaris. In uno tamen te fore volumus circumspectum quod, quia, sicut credimus, binas litteras de navi onerata frumento mittendo ad marescallum predictum a nostra celsitudine recepisti, non intelligas de binis navibus transmittendis, set sis una tantum mittenda contentus in modum predictum. *[2] [De expensis] factis in [cast]ris Bari, Tra[ni] et Andrie.* De hiis, que fecisti in castris nostris Bari et Trani oportune, sicut scripsisti, et de expensis, quas castellanis novis ibidem statutis fecisti pro absentia iudicis Philippi de Aversa et provisoris castrorum nostrorum ipsa-rum partium, quas necessarium erat dari, [et] quod fecisti fieri in castro Andrie, ubi F(ridericus) filius noster moratur: placet nobis quod ad curie nostre commodum facere curavisti. *[3] De scalatico recipiendo a duaneriis Brundusii, sicut recipi consuevit.* De mandato, quod dicis amiratum fecisse duaneriis nostris Brundusii per litteras suas, ut scalaticum non recipiant[a] de victualibus mercato[rum pro eorum n]avibus [o]nerandis, quod, sicut di[cis], olim duanerii

recipere debuerunt: ecce eundem amiratum ad presentiam nostram vocavimus[4] et ipso v[eni]e[nte tam] de hiis quam de aliis, quod excellentie nostre melius viderit, statuemus. Interim autem, quousque nostrum inde beneplacitum iniungamus, scalaticum recipi facia[s, secundum] quod a du[aneriis], sicut scripsisti, recipi consu[evit][b]. *[4] De portu Sancti Cataldi. De expensis nuntii Greci, qui est Fogie.* De eo, quod scripsisti, quia statuti super portu Sancti Cataldi de Baro pe[tunt a te, ut] mercatores Baroli habentes victualia cogas deferre victualia ipsa ad portum ipsum, cum vici[nius possent] deferre et [com]modius ad portum Rivuli, ubi non minus quam in portu Sancti Cataldi utilitas nostre curie procuratur, et super expe[nsis dandis nuntio] Greco, qui est Fogie, qui a curia nostra rediit: ecce quod venimus festinantes in regnum nostrum et proxime erimus Fogie, ub[i] nostro consp[ec]tui comparebis[5], et statuemus de hiis, quod ad honorem et commodum curie nostre viderimus statuendum.

[a] *Corretto su* recip(er)e(n)t *trasformando* -et- *in* -ia- *ed aggiungendo la* -t *finale, ma senza cassare il tratto abbreviativo per* p(er) *che taglia l'asta della* -p- [b] *Il passo* I(n)terim - consuevit *aggiunto dalla stessa mano nell'interlineo; in proposito St (p. 857 nota 2) ipotizza trattarsi di un'aggiunta voluta dall'imperatore al momento in cui fu riletta la lettera.*

[1] Cfr. reg. 563 dell'8 febbraio 1240.

[2] Reg. 779.

[3] Reg. 780.

[4] Cfr. reg. 622 [10] del 29 febbraio precedente.

[5] Si veda il mandato del 16 marzo precedente (reg. 666) col quale Federico II aveva ordinato ad Alessandro di Enrico e ad altri suoi ufficiali (regg. 651-668) di partecipare all'assemblea generale indetta a Foggia per il giorno della Domenica delle Palme.

779-780 — 1240 marzo 16, Orte

Mandati diretti al giustiziere di Capitanata (n. 779) e a frate Ademario (n. 780) affinché insieme provvedano al rifornimento di grano necessario ad Alessandro di Enrico per completare il carico della nave da inviare in Siria.

RF c. 90*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Martio in Orta*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 379, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 849 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 859. **Regg.**: Böhmer, n. 2917.

Roberto *de Pacile* aveva contravvenuto al disposto di Const. III, 23. 1 (*De uxorandis comitibus et baronibus*, ed. Stürner, p. 387 s) che vietava ai feudatari di contrarre matrimonio senza il permesso del sovrano: «sancimus ubique per regnum, ut nullus comes vel baro vel quilibet alius, qui baronias, castra vel feuda in capite a nobis teneat vel ab alio, que in quaternionibus doane nostre baronum inveniuntur inscriptis, sine permissione nostra uxorem ducere valeat».

929. *‹B(oamundo)› Pisciono iustitiario ‹Aprutii› pro facienda inquisitione [‹contra Robertum› de] Pacile.*

§ Eodem die, de mandato facto per magistrum P(etrum) de Vinea scripsit G(uillelmus) de Tocco B(oamundo) Pisciono iustitiario Aprutii. Denuntiationem [nostro] culmini presentatam fidelitati tue presentibus interclusam transmittimus et similem in quaternionibus nostre curie mandavimus transcribendam, mandantes tibi, ut super omnibus et singulis capitulis denunciationis ipsius inquisitionem contra delatum facias diligentem per homines fide dignos et, si ea inveneris, que denuntiatio continet, procedas ad puniendum eum iuxta formam generalis mandati nostri, quod de puniendis infidelibus nostris, quos in preterita discordia inter nos et Ecclesiam proditionis vitium notabiles reddidit, serenitas nostra dudum indixit. Nichilominus tamen quid inveneris et feceris de predictis celsitudini nostre significes seriatim. Datum.

[‹.....› id]em Thomasius de [‹Venaf›ro].

Tenor denuntiationis talis est. Denuntiat Thomasius de Venafro quod Robertus de Pacile, cum sit baro et pheudum habet, contraxit matrimonium ab imperiali curia licentia non obtenta. Item denuntiat quod prefatus Robertus fuit proditor domini imperatoris, eo vicelicet modo, quod tempore turbationis duxit et conduxit

papalem exercitum per Valvam et incastellavit se contra eundem dominum imperatorem cum Corrado de Luccinar(o) in castro Pectorani et Pacentri, et depredatus fuit terram domini imperatoris et, ubicumque potuit, gentem et terram suam offendere non cessavit. Item, dum erat idem R(obertus) incastellatus in predicto castro Pectorani contra eundem, interfecit quendam vallectum domini Raonis de Aversa tunc iustitiarii Aprutii, qui iverat ad homines dicti castri Pectorani, ut redderent[a] ad fidelitatem imperialem.

[a] *Così R, forse per* redirent

930. *‹R(iccardo) de Montenigro› iu‹stitiario Terre Laboris› pro facienda ‹inquisitione contra Ar›naldum de ‹Collealto›.*

§ Eodem die, de eodem mandato scripsit idem similes litteras per omnia R(iccardo) de Montenigro iustitiario Terre Laboris et comitatus Molisii.

[...][a].

Tenor autem denuntiationis talis est. Denuntiat imperiali excellentie Senebaldus de Fossaceca fidelis et devotus vester quod olim tempore papalis discordie mote contra dominum imperatorem quidam baro de partibus supradictis nomine Arnaldus de Collealto reddidit se et iuravit papali exercitui et fuit proditor domini imperatoris et hostiliter contratam et homines fideles domini imperatoris fuit de[pre]datus. Quare petit et cetera[b]. || (c. 105*r*)

[a] *C St (quest'ultimo in integrazione sulla base di C)* Denuntiatio Senebaldi de Fossaceca, *ma si vedano in proposito le considerazioni espresse nell'introduzione alla registrazione.* [b] *La restante parte della carta è stata lasciata in bianco per lo spazio di circa 8 righe ed è stata quindi cassata con 4 linee oblique parallele.*

931 **1240 aprile 24, Foggia**

Federico II dà mandato al giustiziere di Terra di Lavoro e Molise Riccardo de Montenigro *di arruolare nel suo distretto - come già gli era stato precedentemente ordinato di fare - una guarnigione di duecento armati e di assegnarla al più presto a Riccardo* de Polcara, *il quale provvederà poi a destinarla alla difesa dei castelli imperiali*

della Lunigiana; gli ordina inoltre di corrispondere a ciascun soldato una paga mensile di 10 tarì per la durata di tre mesi.

RF c. 105*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ A[preli in Fogi]a*; in calce alla carta firma dell'archiviaro Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 401, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 916 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 1005. **Regg.**: Böhmer, n. 3013.

Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive e registra: *Angelus de Capua*.

→ **931-932:** disposizioni per l'arruolamento e l'invio in Lunigiana di una guarnigione di duecento armati.

Ad R(iccardum) de Montenigro iustitiario [Terre L]aboris pro solidando servientes.

§ XXIIII, de imperiali mandato facto per magistrum P(etrum) de Vin(ea) scripsit A(ngelus) de Capua ad R(iccardum) de Monte Nigro iustitiarium Terre [Laboris et] comitatus Molisii. Fidelitati tue precipimus et mandamus, quatinus, sicut per alias nostras litteras tibi dedimus in mandatis[1], ducentos servientes de iustitiariatu tuo solidare debeas pro tribus mensibus de pecunia curie nostre, que est per manus tuas, dando unicuique per mensem tarenos auri decem ad generale pondus regni, et ipsos cum summa festinancia Riccardo de Pulcar(a) fideli nostro facias assignari, per ipsum ad partes[a] Lunesan(as) pro custodia castrorum ipsarum parcium transmittend[os], ita quod in mora nullum possit periculum evenire.

[a] *Segue* ip(s)as *depennato.*

[1] Regg. 377 e 865.

932 — 1240 aprile 24, Foggia

Federico II ordina a Riccardo de Polcara *di inviare al più presto in Lunigiana il contingente di duecento armati che Riccardo* de Montenigro *provvederà ad assegnargli e di destinarlo alla difesa dei castelli imperiali di quella regione.*

RF c. 105*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ A[preli in Fogi]a*; in calce alla carta firma dell'archiviaro Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 401, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 917. **Trascr.**: Sthamer, p. 1005 s. **Regg.**: Böhmer, n. 3013.

Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive e registra: *Angelus de Capua*.

→ **931-932**

Ad R(iccardum) de Pulcara, quod [rec]ipiat servientes.

§ Item de eodem mandato ad R(iccardum) de Pulcara. Fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus ducentos servientes, quos R(iccardus) de Monte Nigro iustitiarius Terre Laboris et comitatus Molisii fidelis noster tibi faciet assignari, sicut ei per nostras litteras destinamus[1], recipere debeas et eos ad Lunesan(as) partes pro custodia castrorum ipsarum parcium cum summa festinancia cum expensis curie nostre, prout tibi per alias litteras nostras scripsimus[2], transmittere non postponas, ne in mora ipsorum possit, quod absit, aliquod [per]iculum[a] evenire.

[a] *C HB* malum *in luogo di* periculum

[1] Reg. 931.
[2] Cfr. reg. 376 del 27 dicembre 1239.

933 **1240 aprile 24, Foggia**

In risposta a Leone Bellus *e agli altri portolani di Bari, che gli hanno chiesto chiarimenti in merito alle modalità di riscossione dei diritti del fisco sui* victualia *che vengono commerciati al di fuori del porto - per i quali essi non sono in grado di conoscere il prezzo di vendita e di conseguenza non possono stabilire l'entità del prelievo - Federico II spiega loro che il dazio dev'essere calcolato in base al valore stimato nel porto al quale quei* victualia *vengono trasferiti per essere imbarcati.*

RF c. 105*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *A[preli in Fogi]a*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 401 s, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 917. **Trascr.**: Sthamer, p. 1007. **Regg.**: Böhmer, n. 3014.

Relatore: *Taddeus de Suessa*; scrive e registra: *Iacobus de Bantra*.

Sul significato del termine *victualia* si veda la registrazione 29.

Responsales ad portulanos Bari pro iure curie de victualibus exigendo.

§ De mandato imperiali facto per iudicem T(addeum) de Suessa scripsit Iacobus de Bantra litteras responsales Leoni Bello et sociis portulanis Bari[1]. Per litteras vestras celsitudini nostre transmissas nobis innotuit quia pro eo, quod victualia non venduntur in portu, scire pretium solutum pro ipsis non poteratis, sicut in mandatis a nostra celsitudine recepistis[2], et ideo ignoratis quid et quantum pro parte curie nostre ab eis exigere debeatis, propter quod a maiestate nostra exinde instrui supplicastis: super quo sic vobis duximus respondendum, quia de beneplacito nostro est, quod de omnibus victualibus, que per civitates et castra venduntur mercatoribus et non in portu et ad portum ipsum deferuntur constitutum ius curie nostre exigere debeatis, sicut in eodem portu ipsa victualia valere et vendi posse noscuntur.

[1] Per quanto riguarda i collaboratori di Leone *Bellus* si veda reg. 29 [6].

[2] Regg. 29-35 del 5 ottobre 1239 e in particolare il mandato registrato al n. 30, che fu inviato nella stessa forma a tutti i portolani, contenente le disposizioni relative alle modalità di riscossione del dazio.

934-935 **1240 aprile 25, Foggia**

Avendo appreso da Pietro Silvaticus *di Capua e da Giacomo* iudicis Leonis *(procuratori del demanio in Terra di Lavoro e Molise, il primo, e nel Principato e in Terra di Benevento, il secondo) che alcuni stallieri e procuratori da loro istituiti in quelle province si rifiutano di pagare i diritti del fisco e non tollerando tale situazione (ancor più in un momento in cui c'è maggiore necessità di denaro), Federico II ordina ai giustizieri Riccardo* de Montenigro *(n. 934) e Tommaso* de Montenigro *(n. 935) di coadiuvare i suddetti Pietro e Giacomo nel recupero dei crediti da quanti risulteranno essere effettivamente morosi.*

RF c. 105*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *A[preli in Fogi]a*; in calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 402, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 918. **Trascr.**: Sthamer, p. 1008 s. **Regg.**: Böhmer, n. 3015.

Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive e registra: *Petrus de Capua*[1].

934. § XXV° aprelis, de mandato imperiali facto per magistrum P(etrum) de Vinea scripsit P(etrus) de Capua ad Riccardum de Monte Nigro. Exponente nobis Petro Silvatico procuratore demaniorum et revocatorum Terre Laboris et comitatus Molisii cive Capue fideli nostro nuper nostra serenitas intellexit quod nonnulli stallerii et procuratores per eum statuti per iustitiariatum tuum inveniuntur nostre curie debitores et in solutione pecunie nobis debite difficiles et negligentes existunt, nolentes igitur quod iura et pecunia curie nostre ab aliquibus debeant detineri, utpote nobis ad presens plurimum oportuna, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus ipsi P(etro) volenti compellere stallerios et procuratores suos quoslibet in iustitiariatu tuo, quos curie nostre tibi constiterit debitores et in solutione morosos, iuxta requisitionem eiusdem P(etri) fidelis nostri ad solutionem iurium et pecunie curie nostre debite auxilio consilio et favore[a], ut pecunia curie debita celeriter possit haberi. Equum est enim, ut, quod iura singulis fidelibus nostris servari mandamus, nostris iuribus non privemur. Tale et cetera.

[a] *Così R per evidente omissione: s'intenda* assistas auxilio consilio et favore (*cfr., reg. 890, anch'essa redatta dallo stesso Pietro* de Capua[1]).

935. § Similes per omnia facte sunt Thomasio de Monte Nigro iustitiario Principatus et Terre Beneventane pro Iacobo iudicis Leonis procuratore in Principatu et Terra[a] Beneventana. | (c. 105*v*)

[a] *R* Terre

936 **1240 aprile 25, Foggia**

Federico II ordina ad Alessandro di Enrico di corrispondere al provveditore ai castelli delle province di Capitanata, Basilicata, Terra di Bari e Terra d'Otranto, Guido de Guasto*, il denaro necessario per l'approvvigionamento dei castelli ai quali soprintende, avendo cura di farsi rilasciare le relative ricevute.*

RF c. 105*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *[Apreli in Fogia]*.

Edd.: Carcani, p. 402, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 919. **Trascr.**: Sthamer, p. 1010. **Regg.**: Böhmer, n. 3016.

Relatore: *Taddeus de Suessa*; scrive e registra: *Guillelmus de Tocco*.

‹...› pro [‹...›en(sis)] de ‹...›[a].

[‹XXV› eius]dem, de mandato facto per magistrum T(addeum) de Suessa scripsit G(uillelmus) de Tocco Alexandro filio Henrici. Cum Guidonem [de G]uasto fidelem nostrum provisorem castrorum nostrorum in Capitinata, Basilicata, Terra Bari et Terra Ydronti dudum duxerimus statuendum[1], fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus eidem G(uidoni) de pecunia curie nostre, que est per manus tuas, pro munitione castrorum ipsorum, solidis, companagio et ceteris oportunis ad ipsius requisicionem pecuniam tribuas sine difficultate et mora, secundum quod in statutis singulorum castrorum ipsorum quantitas solidorum et companagii videbitur contineri, ita quod idem G(uido) servitium nostrum sibi commissum sine defectu quolibet exequatur. De hiis vero, que dederis, ab eodem recipias apodixam. Datum.

[a] *La nota, disposta come sembra su 3 righe, è quasi illeggibile, in parte (l'inizio delle righe) perché caduta con il margine sinistro della carta e in parte perché sbiadita (soprattutto il terzo rigo, del quale si intravede solo qualche traccia di scrittura); è difficile anche definire l'estensione delle lacune, se non con molta approssimazione: forse 10/12 lettere le prime due, tutto il rigo - e quindi forse 15 lettere - la terza. C omette l'intera nota marginale.*

[1] Cfr. reg. 19 del 5 ottobre 1239.

937 — 1240 aprile 25, Foggia

Federico II ordina a Riccardo de Polcara *di consegnare cinquanta cantari di pece a Giacomo* Cacapice*, che è stato nominato sovrintendente alle galee imperiali di Napoli dall'ammiraglio Nicolino Spinola.*

RF c. 105*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *[Apreli in Fogia]*.
Edd.: Carcani, p. 402, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 919 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 1011. **Regg.**: Böhmer, n. 3017.
Relatore: *Riccardus de Traiecto*; scrive e registra: *Gualterius de Cusentia.*

[Ri]ccardo de Pulcara ‹de pi›ce danda Iacobo ‹Cacapice› de Neapoli pro ‹gal›eis.

§ Eodem die[a], de imperiali mandato facto per magistrum R(iccardum) de Traiecto scripsit G(ualterius) de Cusentia Riccardo de Pulcara. Fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus Iacobo

Cacapice[b] statuto per Nicolinum Spinulam ammiratum fidelem nostrum super galeis nostris apud Neapolim pro galeis ipsis de pice curie nostre L cantaria debeas assignare. Datum.

[a] Eod(em) d(i)e *nell'interlineo.* [b] *Il nome* Iacobo Cacapic(e) *sottolineato in un secondo tempo con un tratto di penna continuo.*

938 **1240 aprile 25, Foggia**

Federico II ordina a Riccardo de Polcara *di far realizzare a Napoli al più presto due stalli per i cavalli della scuderia imperiale e una* trabecca *per la camera della stessa scuderia, secondo le istruzioni che gli verranno impartite dal valletto Armanno, latore della lettera. Gli dà inoltre mandato di far fabbricare sempre a Napoli dodici selle da mulo da inviare a corte, realizzate in cuoio e provviste di basti, secondo le indicazioni che gli fornirà lo stesso Armanno.*

RF c. 105*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *[Apreli in Fogia]*.
Edd.: Carcani, p. 402, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 920. **Trascr.**: Sthamer, p. 1012 s. **Regg.**: Böhmer, n. 3018.
Relatori: *Albertus de Catania* e *Rao de Trentenaria*; scrive e registra: *Gualterius de Cusentia.*

Se le *logie* per i cavalli possono quasi certamente essere intese nel senso di stalli, meno sicura sembra l'interpretazione del termine *trabecca*; secondo Porsia (*I cavalli del Re*, p. 31) potrebbe essersi trattato di «una graticciata di travicelli per la sistemazione del solaio o del tetto».

[A]d Riccardum de Pulcara pro [f]a[cien]dis [‹...›[a] marest]all(a) [‹...›[b] pro] mulis[c].

Eodem die scripsit idem notarius de mandato facto per magistrum Albertum et dominum R(aonem) de Trentanaria ad Riccardum de Pulcara. Fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus fieri facias apud Neapolim duas logias pro equis marestalle nostre et unam trabeccam pro camera eiusdem marestalle, sicut lator presentium Armannus marestalle nostre vallectus fidelis noster, quem ad hoc specialiter mittimus, de magnitudine et factione earum tibi duxerit designandum; curaturus attente, ut eas cito fieri facias, cum sint curie nostre plurimum oportune. Mandamus tibi preterea,

ut fieri facias apud Neapolim XII sellas ad mulos cum bazis retro pro deferendis trussis, incoriatas ad duo coria sine picturis, bene guarnitas de bono coramine cordoane et de fortibus contracinglis, prout predictus Armannus tibi duxerit designandum, que predicta, postquam facta fuerint, ad curiam nostram mittas.

[a] *Lacuna per circa 8 lettere, integrabile forse (come ipotizza He) con* [logiis pro] [b] *Lacuna per circa 8 lettere, integrabile forse (come ipotizza He) con* [et sellas] [c] *C omette l'intera nota marginale.*

939 — 1240 aprile 27, Foggia

Avendo appreso della morte del prigioniero che gli era stato affidato, Federico II ordina ad Anselmo de Ponte Tremulo*, castellano di Martorano, di prendere in custodia Abbatino* de Mediolano*, il quale era stato precedentemente assegnato alla contessa di Corigliano.*

RF c. 105*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *[Apreli in Fogia]*.

Edd.: Carcani, p. 402, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 923 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 1014. **Regg.**: Böhmer, n. 3021.

Relatore: *Riccardus de Traiecto*; scrive e registra: *Laurentius de Brundusio*.

Per quanto riguarda il precedente affidamento in custodia di questo prigioniero alla contessa di Corigliano si veda la lista dei prigionieri lombardi (reg. 335) ai nn. 312 e 332. Lo stesso Abbatino (*de Meligiano*) figura inoltre tra i prigionieri prescelti da Federico II per essere condotti al suo cospetto e portati a visitare i casini di caccia e gli impianti castellari della Capitanata (cfr. reg. 832 del 1° aprile 1240).

[‹Anselmo› de] Ponte Tremulo [‹castellano› M]arturani [‹de capti›vo] comitisse ‹Coriliani›.

§ XXVII°, de imperiali mandato facto per magistrum R(iccardum) de Traiecto scripsit Laurentius Anselmo de Ponte Tremulo castellano Marturani et cetera. Quia captivus ille, quem custodiebas, mortuus est, sicut pro certo nostra serenitas intellexit, mandamus tibi, quatinus Abbatinum de Mediolano captivum, qui fuit sub custodia comitisse Coriliani[a], custodiendum recipias et iuxta formam tibi datam pro alio ipsum diligenter debeas custodire[b]. || (c. 106*r*)

[a] co(m)itisse Coriliani *sottolineato in un secondo tempo con un tratto di penna continuo.*
[b] *La restante parte della carta è stata lasciata in bianco per lo spazio di circa 15 righe ed è stata quindi cassata con 2 linee oblique parallele.*

940-948 — 1240 aprile 27, presso Orta Nova

Federico II ordina ai giustizieri della Sicilia occidentale (n. 940) e orientale (n. 941), di Calabria (n. 942), di Valle del Crati (n. 943), di Basilicata (n. 944), di Terra d'Otranto (n. 945), di Terra di Bari (n. 946), di Capitanata (n. 947) e di Terra di Lavoro (n. 948) di convocare immediatamente alcuni cavalieri delle rispettive province perché si presentino al suo cospetto, ben equipaggiati, il prossimo 8 giugno a Capua. Il numero dei cavalieri che ciascun giustiziere dovrà convocare è diverso; si tratta, rispettivamente, di quindici per la Sicilia occidentale, sessanta per quella orientale, dieci per la Calabria, venticinque per la Valle del Crati, quaranta per la Basilicata, trenta per la Terra d'Otranto, sei per la Terra di Bari, cinque per la Capitanata e sessanta per la Terra di Lavoro. Nell'ordine è contemplato in parte anche il tipo di equipaggiamento del quale detti cavalieri dovranno rifornirsi: innanzi tutto cavalli e armi e, per i soli cavalieri siciliani, anche gualdrappe di ferro.

RF c. 106*r* (R). Al margine superiore della carta: *§ Apreli aput Ortam*, seguito dal titolo *De militibus*; al margine sinistro: *[XXV]II*. In calce firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 403, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 924 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 1015 s. **Regg.**: Böhmer, n. 3022.

Relatori: *Petrus de Vinea*, *Taddeus de Suessa* e *Riccardus de Traiecto*; scrive e registra: *Laurentius de Brundusio*.

La cifra che indica il numero dei cavalieri è segnata al termine di ogni registrazione ed è preceduta da un breve tratto orizzontale che serve a separarla dal testo e a metterla meglio in evidenza.

Si vedano le missive del 29 aprile registrate ai nn. 970-979, che, nel ribadire gli ordini contenuti in questi mandati, aggiungono istruzioni in merito alla retribuzione dei cavalieri; da esse si deduce inoltre che un esemplare di questo mandato era stato inviato pure al giustiziere d'Abruzzo, anche se egli non compare tra i destinatari delle registrazioni.

De militibus

Pro militibus[a].

940. *§ R(ogerio) de Amicis iustitiario ultra flumen Salsum pro militibus XV.*

§ De mandato domini imperatoris facto per magistros P(etrum) de Vin(ea), T(addeum) de Suessa et R(iccardum) de Traiecto scripsit Laurentius R(ogerio) de Amicis iu[stitiario ‹ultra flumen Salsum›]. Quia de militibus regni nostri pro imminentibus negotiis volumus habere nobiscum, mandamus, quatinus statim visis hiis litteris ‹in iurisdictione› tua XV milites strenuos et electos facias preparari, qui VIII° die proximo futuri mensis iunii huius XIII[e] indictionis apud Capuam bene muniti equis, armis, copertis ferreis et aliis oportunis nostro conspectui se presentent. XV.

[a] *La nota si trova al margine destro della carta, in posizione centrale rispetto all'intero gruppo di registrazioni.*

941. § Similes G(uillelmo) de Anglon(e) iustitiario citra flumen Salsum pro militibus LX.

942. Goffrido de Montefusculo iustitiario Calabrie pro militibus X, preter ferreas copertas.

943. Ptolomeo de Castellione iustitiario Vallis Gratis pro militibus XXV, preter ferreas copertas.

944. Thomasio filio Osmundi iustitiario Basilicate pro militibus XL, preter.

945. Andree de Aquaviva iustitiario Terre Ydronti pro militibus XXX, preter.

946. Landulfo de Franco iustitiario Terre Bari pro militibus VI, preter.

947. Riccardo de Montefusculo iustitiario Capitinate pro militibus V, preter.

948. Riccardo de Montenigro iustitiario Terre Laboris pro militibus LX, preter.

949 **1240 aprile 27, presso Orta Nova**

949[1] **1240 maggio 6, [Foggia]**

Avendo appreso dal castellano di Bova, Ruggero de Larzone*, che fin dal mese di settembre non gli vengono più corrisposti gli approvvigionamenti per la fortezza poiché la Chiesa di Reggio - i cui proventi venivano utilizzati anche a questo scopo per decisione del defunto secreto Matteo* Marclafaba *- è passata sotto la diretta amministrazione della Corona, Federico II ordina al secreto di Messina Maggiore* de Plancatone *di provvedere affinché tali rendite vengano nuovamente utilizzate per rifornire il castello di tutti i mezzi necessari alla sua difesa (n. 949). Il 6 maggio successivo, a seguito della rimozione di Maggiore* de Plancatone *e della riorganizzazione della secrezia siciliana, il mandato viene indirizzato nella stessa forma al maestro camerario Giovanni* de Cioffo *(n. 949[1]).*

RF c. 106*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Apreli aput Ortam*; al margine sinistro: *[XXV]II*. In calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 403, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 925 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 1017 s. **Regg.**: Böhmer, n. 3023.

Relatore: *Taddeus de Suessa* (949); scrive e registra: *Gualterius de Cusentia* (949 e 949[1]).

La seconda registrazione è stata aggiunta da Gualtiero *de Cusentia* al margine sinistro della prima, sotto alla nota marginale relativa al destinatario e all'oggetto della lettera.

949. *Ad secretum Messane pro castro Bovis.*

§ Eodem die, de imperiali mandato facto per magistrum Taddeum scripsit G(ualterius) de Cusentia Maiori de Plancatone secreto Messane. Significavit excellentie nostre Roggerius de Larzone

castellanus castri Bovis fidelis noster quod, cum pro munitione eiusdem castri Bovis consueverit de proventibus Regine Ecclesie solidos et alia necessaria ministrari, iuxta statutum factum olim a quondam Matheo Marclaf(aba) secreto predecessore tuo, et ea usque ad obitum dicti quondam secreti receperit, a mense septembris infra nichil habere potuit de predictis, occasione videlicet, quod predictam Reginam Ecclesiam mandavimus per nostram curiam procurari. Quare fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus, si tibi constiterit de premissis, facias de proventibus dicte Ecclesie, sicut hactenus consuevit, in predicto castro solidos et alia necessaria ministrari, prout a predicto quondam secreto statutum inveneris et tu etiam magis videris utilitati nostre curie expedire. Datum.

949[1]**.** VI° madii renovate sunt ad Iohannem de Cioffo magistrum camerarium, quia secretus amotus fuit.

950 **1240 aprile 27, presso Orta Nova**

Federico II ordina ad Alessandro di Enrico di far fabbricare per il maniscalco Pietro millequattrocento ferri da mulo e seicento da ronzino con i rispettivi chiodi, nonché altri quattromila chiodi.

RF c. 106*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Apreli aput Ortam*; al margine sinistro: *[XXV]II*. In calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 403, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 926. **Trascr.**: Sthamer, p. 1019. **Regg.**: Böhmer, n. 3024.

Relatore: *Rogerius de Camera*; scrive e registra: *Petrus de Capua*[2].

§ [A]d Alexandrum filium Henrici pro facien[dis] ferris et clavis.

§ Eodem die ibidem, de mandato imperiali facto per magistrum R(ogerium) de Camera scripsit P(etrus) de Capua ad Alexandrum filium Henrici. Fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus ad requisitionem Petri manescalci mulorum camere nostre mille et quadringenta ferra de mulis cum clavis eorum et sexcentum ferra de roncinis similiter cum clavis eorum et preter eos alia quattuor milia de clavis fieri facias et tam ferra quam clavos ipsos omnes eidem Petro debeas assignare. Datum et cetera.

951 **1240 aprile 27, presso Orta Nova**

Federico II comunica al giustiziere d'Abruzzo Boemondo Pissonus *che le spese che ha sostenuto per la cura e la custodia degli otto cavalli di proprietà della corte (che gli erano stati affidati da Raone* de Trentenaria *perché malati) verranno computate nel suo rendiconto contabile.*

RF c. 106*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Apreli aput Ortam*; al margine sinistro: *[XXV]II*. In calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 403, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 926 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 1020. **Regg.**: Böhmer, n. 3025.

Relatore: *Albertus de Catania*; scrive e registra: *Petrus de Capua*[2].

§ Ad iustitiarium Aprutii [pro] se ipso.

§ Eodem die ibidem, de mandato magistri Alberti scripsit idem ad B(oamundum) Piscionum iustitiarium Aprutii. Cum in transitu nostro per iustitiariatum Aprutii octo equos curie nostre apud te Rao de Trent(enaria) fidelis noster dimisisset infirmos, pro quibus oportuit facere te expensas de pecunia curie nostre, que est per manus tuas, volumus et mandamus, ut iuste et moderate expense per te facte pro equis ipsis rationibus tuis ratiocinii tempore debeant computari. [Datum] et cetera.

952 **1240 aprile 27, presso Orta Nova**

Mandato diretto al castellano di Melfi, Lucasino, affinché, su richiesta del giustiziere di Capitanata Riccardo de Montefusculo*, lasci libero il saraceno di Lucera Othmen, il quale è disposto a pagare 50 once in cambio della sua libertà.*

RF c. 106*r* (R). Al centro del margine superiore della carta: *§ Apreli aput Ortam*; al margine sinistro: *[XXV]II*. In calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 403, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 927. **Trascr.**: Sthamer, p. 1021. **Regg.**: Böhmer, n. 3026.

Relatore: *Riccardus de Montefusculo*; scrive e registra: *Laurentius de Brundusio*.

Nella registrazione si ricorda una lettera redatta lo stesso giorno ma registrata su di un altro registro, il *quaternus generalis*. Un'altra missiva registrata sullo stesso *quaternus* è ricordata al n. 773 (v.).

§ Item de imperiali mandato facto per R(iccardum) de Montefusculo iustitiarium Capitinate scripsit Laurentius Lucasino castellano Melfie quod liberet Othme[n] Saracenum de Luceria ad requisitionem dicti iustitiarii, quia promisit curie in manus eiusdem pro liberatione uncias L, super quo scripsit idem litteras dicto Lucasino, que sunt in quaterno generali scripte XXVII° aprelis XIII[e] indictionis[a]. | (c. 106*v*)

[a] *La restante parte della carta è stata lasciata in bianco per lo spazio di circa 5 righe ed è stata quindi cassata con 2 linee oblique parallele.*

953 **1240 aprile 27, Orta Nova**

A seguito della istanza presentatagli da Angelo de Marra*, che lo ha supplicato di accordargli il permesso di trasferire nel castello di Barletta (dove continuerebbe comunque a mantenerlo a proprie spese) l'ostaggio Giordano di Padova che è stato affidato a lui e a suo padre, poiché egli non può occuparsene - essendo spesso assente da Barletta per gli impegni connessi al suo incarico - e suo padre è troppo vecchio per farlo, Federico II dà mandato al castellano di quella città, Alferio, di prendere in custodia il suddetto Giordano, facendosi corrispondere da Angelo* de Marra *e da suo padre il denaro necessario per il suo mantenimento.*

RF c. 106*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Apreli [in] O[rta]*.
Edd.: Carcani, p. 403 s, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 927 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 1022. **Regg.**: Böhmer, n. 3027.
Relatore: *Riccardus de Traiecto*; scrive e registra: *Laurentius de Brundusio*.

[‹De›[a] imperiali m]andato facto per magistrum R(iccardum) de Traiecto scripsit Laurentius Alferio castellano Baroli fideli suo et cetera. Supplicavit excellentie nostre [Angelus de] Marra fidelis noster quod, cum sibi et patri suo[b] datus fuerit ad custodiam Iordanus obses Padue[1], quia idem Angelus interdum pro serviciis [nostris in] civitate Baroli non est presens et pater suus senectute

gravatur, propter quod non possit eum in civitate et in domo sua s[ec]ure, sicut expedit, custodire, nos eundem Iordanum in castro Baroli custodiri cum expensis eorum de nostra gratia mandaremus. Nos igitur usque "mandamus", quatinus dictum Iordanum in castro nostro Baroli recipias et custodias diligenter, a domo dictorum Angeli et patris [sui[c] expensas] pro victu et vestitu eiusdem Iordani obsidis recepturus.

[a] *He fa precedere* [XXVII] [b] *Il passo* Angelus - suo *sottolineato in un secondo tempo con un tratto di penna continuo.* [c] sui *in St; C* suis

[1] Cfr. reg. 335 n. 266.

954 — 1240 aprile 27, Orta Nova

Federico II ordina a maestro Giovanni de Panormo *di raggiungerlo al più presto via mare con l'imbarcazione che gli ha fatto pervenire appositamente.*

RF c. 106*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Apreli [in] O[rta].*
Edd.: Carcani, p. 404, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 928. **Trascr.**: Sthamer, p. 1023. **Regg.**: Böhmer, n. 3028.
Relatore: *R. de Sugio*; scrive e registra: *Iacobus de Bantra.*

→ **954-955:** convocazioni a corte di Giovanni *de Panormo* e Vitale *de Aversa.*

[‹Ad› magist]rum Io(hannem) de ‹Panormo› notarium domini imperatoris, ut veniat.

§ De mandato imperiali facto per notarium R. de Sugio scripsit Iacobus de Bantra magistro Iohanni de Panormo. Fidelitati tue districte precipiendo mandamus, quatinus visis hiis litteris omni mora et occasione cessante ad nos per mare te conferas festinanter, cavens ne inde aliud facias; te enim volumus pro quibusdam nostris servitiis destinare; et ecce quod mittimus tibi barcettam, in qua propere venire valeas.

955 **1240 aprile 27, Orta Nova**

Mandato diretto a Vitale de Aversa *affinché si rechi a corte.*

RF c. 106*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Apreli [in] O[rta].*
Edd.: Carcani, p. 404, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 928. **Trascr.**: Sthamer, p. 1023. **Regg.**: Böhmer, n. 3028.
Relatore: *R. de Sugio*; scrive: *Petrus de Capua*; registra: *Procopius de Matera.*

→ **954-955**

§ Item scripsit P(etrus) de Capua Vitali de Aversa, quod veniat.

956 **1240 aprile 28, Orta Nova**

Mandato indirizzato al secreto di Messina Maggiore de Plancatone *affinché faccia fabbricare e invii alla camera sessanta gualdrappe per leopardi e trenta da sella.*

RF c. 106*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Apreli [in] O[rta].*
Edd.: Carcani, p. 404, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 928. **Trascr.**: Sthamer, p. 1024. **Regg.**: Böhmer, n. 3029.
Relatore: *Rogerius de Camera*; scrive e registra: *Petrus de Capua*[2].

[‹Ad secret›um] pro [‹faciendis tap›pe]tis.

§ XXVIII° ibidem, de mandato imperiali facto per magistrum Roggerium de Camera scripsit P(etrus) de Capua ad Maiorem Planc(atonem) secretum Messane, quod visis litteris fieri faciat sexaginta tappeta pro leopardis et triginta pro arnesio et facta mittat ad cameram.

957 **1240 aprile 28, Orta Nova**

957[1] **1241 maggio 8, Faenza**

Avendo appreso che Tommaso For. Mur.*, nipote del defunto giustiziere Alessandro* de Policoro*, ha osato impadronirsi del feudo che questi aveva in Genicocastro senza il consenso imperiale e nono-*

stante tutti i beni del suddetto Alessandro fossero stati confiscati poiché questi era morto prima di poter rendere conto del proprio operato, Federico II dà mandato al giustiziere di Valle del Crati Tolomeo de Castellione *di svolgere indagini in proposito e, nel caso, di procedere alla revoca del suddetto feudo (n. 957). L'8 maggio dell'anno seguente il mandato viene reiterato a Goffredo* de Montefusculo *(n. 957[1]).*

RF c. 106*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Apreli [in] O[rta].*

Edd.: Carcani, p. 404, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 929. **Trascr.**: Sthamer, p. 1025 s. **Regg.**: Böhmer, n. 3030.

Relatori: *Taddeus de Suessa* (n. 957) e *Riccardus de Traiecto* (n. 957[1]); scrive e registra: *Iacobus de Bantra.*

Al margine sinistro della registrazione, di seguito a quella relativa all'oggetto e al destinatario del mandato, nota di *Iacobus de Bantra* circa il latore della lettera.

La registrazione relativa al mandato dell'8 maggio è stata aggiunta da *Iacobus de Bantra* nell'interspazio che era stato lasciato tra la registrazione 957 e la 958; si tratta dell'aggiunta più tarda che s'incontra nel registro (cfr. in proposito anche Heupel, *Schriftuntersuchungen*, p. 70).

957. *‹Littere› ad Tholomeum de [‹Caste›ll]ione iustitiarium Vallis ‹Gratis› pro revocando feu[‹do, quod› fu]it Alexandri ‹de Polic›oro in Geni‹cocastro*[a]›.

§ De mandato imperiali facto per iudicem T(addeum) de Suessa scripsit Iacobus de Bantra Tholomeo de Castellione iustitiario Vallis Gratis. Innotuit c(elsitudini) n(ostre) quod, cum omnia bona quondam Alexandri de Policoro, qui fuerat iustitiarius et decesserat non posita de predicto officio ratione, ad opus fisci nostri capta fuissent et nostro nomine procurata, Thomasius For. Mur. nepos eius quoddam feudum, quod dictus A(lexander) habuerat in Genicocastro[1] et curia nostra capi fecerat cum aliis bonis eius, sine mandato et licentia nostra temere cepit et detinet ad commodum proprium in nostre curie lesionem, nulla similiter de predicto iustitiariatus officio ratione posita pro eodem. Quare fidelitati tue firmiter precipiendo mandamus, quatinus, inquisita super hiis omnibus diligentius veritate, si rem inveneris ita esse, sicut superius est expressum, feudum predictum cum fructibus inde perceptis ad

manus curie nostre, sicut antea fuerat, studeas revocare, ut curia nostra super hoc servetur illesa et tuam exinde et cetera.

§ Quas litteras ‹portavit› Bartholottus Genicocastren(sis).

[a] *C St (quest'ultimo in integrazione sulla base di C)* Genitocastro *qui e più avanti, dove invece si legge chiaramente* Genicocastro *e* Genicocastren(sis)*, per cui si ritiene di correggere in* Genicocastro

[1] Attuale Belcastro (Cz).

957[1]**.** Quod cum predictus iustitiarius non fuerit essequtus, renovate sunt ad G(offridum) de Montefusculo de mandato facto per notarium Riccardum VIII madii XIIII indictionis apud Faventiam.

958 **1240 aprile 28, Orta Nova**

Federico II approva il maestro camerario d'Abruzzo Crescio Amalfitanus *per aver provveduto ad assegnare 66 once d'oro al provveditore ai castelli Giovanni* de Raymo *per le fortezze della provincia alla quale sovrintende e nel contempo gli ordina di trasmettere al suddetto Giovanni, anche per il futuro, tutto il necessario per l'approvvigionamento delle fortezze.*

RF c. 106*v* (R). Al centro del margine superiore della carta: *Apreli [in] O[rta].*
Edd.: Carcani, p. 404, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 930. **Trascr.**: Sthamer, p. 1027. **Regg.**: Böhmer, n. 3031.
Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive e registra: *Petrus de Capua*[2].

Si veda il mandato 788 del 18 marzo con il quale Federico II aveva già impartito istruzioni simili a Crescio *Amalfitanus*.

Sul significato del termine *victualia* si veda la registrazione 29.

[‹Cris›ci]o Amalfitano camerario ‹Aprutii› pro munitione castrorum.

§ Eodem die ibidem, de imperiali mandato facto per magistrum P(etrum) de Vinea scripsit P(etrus) de Capua ad Criscium Amalfitanum magistrum camerarium Aprutii. De sexaginta et sex unciis

auri, quas te assignasse significasti ad pondus generale[a] Iohanni de Raymo provisori castrorum nostrorum in partibus ipsis pro munitione castrorum ipsorum, si assignasti eas, excellentie nostre pl[acet]. Mandamus etiam et pre[ci]pimus fidelitati tue, quatinus eidem Iohanni pro eorundem castrorum nostrorum munitione pecuniam necessariam ad requisitionem suam de pecunia curie nostre, que est per manus tuas, victualia quoque et alia necessaria[b] debeas exhibere; recepturus ab eo de hiis, que sibi dederis, apodixam. Datum et cetera[c]. || (c. 107*r*)

[a] ad pond(us) gen(er)ale *nell'interlineo.* [b] *Il passo* victualia - nec(ess)aria *nell'interlineo.* [c] *La restante parte della carta è stata lasciata in bianco per lo spazio di circa 6 righe.*

959 — 1240 aprile 28, Orta Nova

Avendo rimosso Stefano de Romoaldo *di Bari dall'ufficio di* collector pecunie *in Terra di Lavoro e Principato, e avendo avuto questi, tra l'altro, il compito di corrispondere al provveditore ai castelli di quelle stesse province (Guglielmo* Laurentii *di Sessa) sia i compensi per lui e i tre uomini del suo seguito sia le spese per il mantenimento delle loro quattro cavalcature per tutta la durata del loro incarico nonché il denaro per il pagamento del soldo delle guarnigioni delle fortezze, Federico II dà mandato a Riccardo* de Polcara *di occuparsi d'ora in avanti dei suddetti pagamenti, avendo cura di farsi sempre rilasciare le relative ricevute.*

RF c. 107*r* (R). Al centro del margine superiore della carta, di mano di Gualtiero *de Cusentia*: *§ Apreli in Orta*; segue, di mano di Lorenzo *de Brundusio*: *et Coronata.* In calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 404 s, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 930 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 1028 s. **Regg.**: Böhmer, n. 3032.

Relatore: *Taddeus de Suessa*; scrive e registra: *Gualterius de Cusentia.*

Si verifica qui uno dei rarissimi casi in cui al cambio del luogo di emissione dei mandati non corrisponde nel registro un cambio di carta, e l'unico in cui nell'intestazione della carta posta al centro del margine superiore sono segnate due diverse località: Orta Nova e Incoronata. Le registrazioni di questa carta sono tutte del 28 aprile, il che significa che in quella giornata, non solo la corte si era spostata, ma erano state emanate lettere sia prima della partenza da Orta Nova che dopo l'arrivo a Incoro-

nata. Nel registro non si specifica quali siano i mandati emessi dall'una e dall'altra località, tuttavia lo si può dedurre dall'analisi delle mani che compaiono nella carta. La nota posta al centro del margine superiore infatti è stata scritta in due tempi: la prima parte, *Apreli in Orta*, è di mano di Gualtiero *de Cusentia*, che infatti è autore della prima registrazione (959) (di norma infatti è il notaio che inizia la carta a scrivere anche la nota cronologica con l'indicazione del mese e del luogo valida per tutte le registrazioni di quella carta); l'aggiunta *et Coronate* invece è opera di Lorenzo, che registra gli ultimi tre mandati della carta (962-964). Le due registrazioni intermedie, infine (960-961), sono di Pietro *de Capua*[1]. Quasi certamente, quindi, non solo la prima, ma anche le due successive lettere furono spedite da Orta Nova, dopodiché la corte si spostò e, una volta raggiunta Incoronata, Lorenzo, che era stato incaricato di redigere gli altri mandati, li registrò di seguito senza cambiare carta, ma limitandosi ad aggiungere *et Coronate* all'intestazione che Gualtiero aveva posto al centro del margine superiore. Si veda in proposito anche quanto scrive Heupel, *Schriftuntersuchungen*, p. 28.

Sul significato del termine *victualia* si veda la registrazione 29.

Sequitur de [prov]isor(e) [c]astrorum Principatus et Terre Laboris.

Ad Riccardum de Pul[cara].

XXVIII, de imperiali mandato facto per magistrum Taddeum de Suessa scripsit G(ualterius) de Cusentia Riccardo de Pulcara. ‹Dudum Guillelmum›[a] Laurentii de S[uessa] fidelem nostrum provisorem castrorum nostrorum in partibus Terre Laboris et Principatus constituentes[1], scripsimus ‹St›epha‹no de› Romoaldo de Baro[2], qui statutus erat collector pecunie curie nostre in partibus ipsis, ut eidem Guillelmo pro solidis personarum statu[tarum] in castris ipsis pecuniam necessariam exhiberet et pro expensis suis, videlicet pro se, tribus hominibus et quattuor equis, [dum ‹in eodem› servitio] nostro esset, exhiberet expensas. Verum cum predictus Stephanus ab eodem officio sit amotus, fidelitati [tue precipiendo mandamus, quatinus eid]e[m] Guillelmo pro se, tribus hominibus et quattuor equis iuxta assisam curie nostre, dum in eodem servitio nostro fuerit, [pro tem]pore, quo expensas ipsas tibi non recepiss[e] constiterit, debeas exhibere. Mandamus etiam, ut pro munitione [c]astrorum nostrorum partium predictarum pecu-

niam pro solidis, vinum et victualia pro vidanda [et a]lia oportuna eidem Guillelmo ad requisitionem ipsius facias sine defectu quolibet exhiberi; recepturus de omnibus, que sibi dederis, apodixam.

[a] *Lacuna per circa 10 lettere dovuta alla caduta del margine destro della carta:* [Dudum Guillelmum] *in St; C HB omettono* Guillelmum *e trascrivono* Dudum Laurentium

[1] Cfr. reg. 18 del 5 ottobre 1239.
[2] Reg. 25 del 5 ottobre 1239.

960 — 1240 aprile 28, [Orta Nova]

Federico II ordina al secreto di Messina Maggiore de Plancatone *di far trasferire a Malta Giovanni* de Dracone *(attualmente prigioniero presso la scuderia imperiale) e di affidarlo quindi a Paolino* de Malta*; gli dà inoltre mandato di provvedere alle spese necessarie per il viaggio, che si effettuerà via terra fino a Eraclea e poi via mare da lì fino a Malta.*

RF c. 107*r* (R). Al centro del margine superiore della carta, di mano di Gualtiero *de Cusentia*: *§ Apreli in Orta*; segue, di mano di Lorenzo *de Brundusio*: *et Coronata*. In calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 405, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 931 s. **Trascr.**: Sthamer, p. 1030. **Regg.**: Böhmer, n. 3033.

Relatore: *Rao de Trentenaria*; scrive e registra: *Petrus de Capua*[1].

→ **960-961:** disposizioni per il trasferimento a Malta di Giovanni *de Dracone*.

Sulla duplice indicazione di luogo nella intestazione posta al centro del margine superiore della carta e sul fatto che quasi certamente questo mandato fu emesso da Orta Nova si veda sopra la registrazione 959.

Littere ad secretum Messane, ut mittat Iohannem de Dracon(e) usque Maltam.

§ Eodem die, de mandato Raonis de Trentinaria scripsit P(etrus) de Capua ad Maiorem de Plancatone secretum. Fidelitati tue precipiendo mandamus, quatinus Iohannem de Dracon(e), qui captivus detinetur in marestalla nostra, receptis hiis litteris fideliter et diligenter duci facias usque Maltam, Paulino de Malta fideli nostro assignandum, ut custodiatur ibidem; dans eidem Iohanni

expensas necessarias per terram, quousque perveniat Eracliam, et deinde per mare usque Maltam de proventibus curie nostre, qui sunt per manus tuas; tale super hoc et cetera.

961 **1240 aprile 28, [Orta Nova]**

Federico II ordina a Paolino de Malta *di prendere in consegna Giovanni* de Dracone *dal secreto di Messina e di tenerlo prigioniero a Malta provvedendo alle sue necessità; gli ordina altresì di metterlo ai ferri per evitarne la fuga.*

RF c. 107*r* (R). Al centro del margine superiore della carta, di mano di Gualtiero *de Cusentia*: *§ Apreli in Orta*; segue, di mano di Lorenzo *de Brundusio*: *et Coronata*. In calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 405, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 932. **Trascr.**: Sthamer, p. 1030 s. **Regg.**: Böhmer, n. 3033.

Relatore: *Rao de Trentenaria*; scrive e registra: *Petrus de Capua*[1].

→ 960-961

Sulla duplice indicazione di luogo nella intestazione posta al centro del margine superiore della carta e sul fatto che quasi certamente questo mandato fu emesso da Orta Nova si veda sopra la registrazione 959.

Ad Paulinum de Malta pro eodem.

§ Item de eodem mandato scripsit idem ad Paulinum de Malta. Mandamus et precipimus fidelitate tue, quatinus Iohannem de Dracon(e)[a], quem dictus Maior de Plancatone secretus Messane fidelis noster de mandato culminis nostri tibi faciet assignari, positis sibi compedibus ferreis, ut de ipsius fuga dubitari non possit, diligenter apud Maltam facias custodiri, dando sibi necessaria, sicut captivo videris expedire; tale et cetera.

[a] *Il nome* Ioh(ann)em d(e) Dracon(e) *sottolineato in un secondo tempo con un tratto di penna continuo.*

962 **1240 aprile 28, [Incoronata]**

Rispondendo a Roberto de Castellione - *che lo ha informato del rifiuto opposto dal castellano di Antrodoco al suo ordine di consegnargli la blida con i macchinari connessi - Federico II gli comunica di aver scritto al suddetto castellano affinché gli assegni la blida e di aver altresì ordinato al giustiziere d'Abruzzo di fargliela trasportare fino a* Rocca Alberici *(al cui assedio Roberto attende in questo momento) insieme a tutto ciò che occorre per il suo funzionamento e per il lancio dei proiettili e insieme al denaro, alle armi e a quant'altro è necessario all'esercito imperiale per espugnare la fortezza.*

RF c. 107*r* (R). Al centro del margine superiore della carta, di mano di Gualtiero *de Cusentia*: *§ Apreli in Orta*; segue, di mano di Lorenzo *de Brundusio*: *et Coronata*. In calce alla carta firma dell'archivario Cestaro.

Edd.: Carcani, p. 405, da cui Huillard-Bréholles, V, p. 932. **Trascr.**: Sthamer, p. 1032 s. **Regg.**: Böhmer, n. 3034.

Relatore: *Petrus de Vinea*; scrive e registra: *Laurentius de Brundusio*.

→ **962-964:** disposizioni relative all'espugnazione di *Rocca Alberici.*

Sulla duplice indicazione di luogo nella intestazione posta al centro del margine superiore della carta e sul fatto che quasi certamente questo mandato fu emesso da Incoronata si veda sopra la registrazione 959.

Rocca Alberici compare nello Statuto sulla riparazione dei castelli di età sveva (ed. Sthamer, *L'amministrazione dei castelli*, p. 118 n. 198, che però non lo identifica) come *Castrum Alberici* o *Rocca Alberti*. La blida (o bidda), che serviva per espugnarla, era una macchina da lancio di recente invenzione, attestata per la prima volta in Italia proprio nel registro di Federico II (cfr. Settia, *L'ingegneria militare*, p. 280). Si veda anche la registrazione 71 dove si danno disposizioni affinché si approntì una blida all'interno di Rocca Ianula. Sempre sulla missione di Roberto *de Castellione* si vedano le lettere registrate ai nn. 848-849.

§ Responsales Robberto de[a] *Castellione de blida et necessariis pro obsi[dion]e Rocce Alberici.*

§ Eodem, de imperiali mandato facto per magistrum P(etrum) de Vin(ea) scripsit Laurentius R(obberto) de Castellione et cetera. Litteras et cetera. Super eo autem, quod castellanus Introduci blidam cum apparatu suo, quem habet, tibi non exhibet pro nostris

